

05

A

947



SY

D

R
L

A
I

B

M.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-583763-p0002-2

DFG

4

IN
SYSTEMATIS THEOLOGICI PARTEM
Primam Generalem,
DE RELIGIONE ET EJUS ARTICULIS
Generatim consideratis

DISPUTATIO III.

De
**RELIGIONE
LUTHERANA, QUAM**

COMPREHENDIT.
AUGUSTANA CONFESSIO

ET

FORMULA CONCORDIÆ

Deo Optimo Maximo feliciter adspirante,

Sub

PRÆSIDIO

BALTHASARIS MEISNERI
S. S. Th. D. & Profess. publ.

Censuræ & ventilationi exhibita, à

M. EVSEBIO BOHEMO CYCNEA-

Misn. Seren. Electoris Sax. Alumno.

*Ad diem 17. Augusti horis pomeridianis,
in Auditorio minori.*

WITTEBERGÆ,

*Excusa Typis JOHANNIS GORMANNI,
ANNO M DC XXV.*





05 A 947

Εὐαγγελισμός της Εκκλησίας της Αγίας Τριάδος στην Κύπρο

Σὺν Ιερώνυμῳ

DISSERTATIO

De

RE LIGIONE LUTHERANA

quam comprehendit

AVGUSTANA CONFESSIO

ET

FORMULA CONCORDIÆ.

THEOREMA I.

Religio vera & Christiana nostris temporibus dicitur Lutherana, non ac si D. Martinus Lutherus ejus esset autor atq; princeps: sed ut quia per e-
jus fidele ministerium ex tenebris Papisticis in lu-
cem producta, à scoriis repurgata, atq; propagata est; 2. Pro-
pter distinctionem, ut eò facilius hac quasi nota ab aliis sectis,
quarum quilibet nomen generale Christianæ Religionis sibi atq;
tribuit, possit dignosci.

De Religione Christiana hactenus sufficienter actum est,
sequitur, ut ea quæ circa Religionem Lutheranam consideranda ve- Continua-
niunt studiosè consideremus. Etsi autem à vera Christiana Re-
ligione nulla ratione nulloq; modo differat, sed per omnia cum
ea conveniat, tamen cum eo tempore quo sic denominari cœpit
quædam scitu & cogitatudignissima ipsi acciderint, dubium non
est, quin æquum, justum, & salutare illud fuerit institutum, quo
in perpetuam earū αὐτῶν περιουσίαν peculiare nomē hoc usurpetur. De Unde deno-
nominatio autem desumpta est à B. Luther, eò quod in postrema minatio sit
mundi senescentis & fluctuantis ætate singulari instinctu divino desumpta?
ex densissimis tenebris papatus eam quasi revocavit, ex Verbo Ratio 1.
Dei salvifico, tanquam unica norma atq; regula fidei, eam re-

A 2

purgavit,

purgavit, & contra pestiferas pontificiorum corruptelas & tela
cruenta masculè singulari DEI beneficio defendit, utq; docentes
& discentes in tanta opinionum diversitate facilitori negotio &
quasi in συνώψι summam fidei Christianæ cognoscere queant,
Principaliores articulos fidei artificiosa brevitate, & brevi arti-
ficio conscripsit.

**Convenien-
tia cum A-
polorum
praxi.**

**Tum docto-
rum Eccle-
siae.**

Rom. 16, 14.

**Infelix
progressus.**

Hoc institutum B. Lutheri cum Apostolorum praxi apprimè coin-
cidit. Hi enim, uti Cyprianus in expositione fidei vult, & quidam
alii, cum viderent quod Lupi sub vestimentis ovium incedentes
subinde sese gregibus fidelium insinuarent, & juxta serum Chri-
sti mandatum ipsis abeundum esset in mundum universum, com-
muni studio & labore normam quendam fidei concinnaverunt,
quam Symboli nomine intitulaverunt. Postea cum controversiæ
circa veram Religionem magis magisq; crescerent, Doctores Ec-
clesiæ Apostolis succedentes fusiores articulorū fidei declaratio-
nes promulgare fuere coacti, ut eo facilior aditus aperiatur ad
opinionum erronearum discussionem. Tales dicuntur esse consi-
gnatae in libro Pastoris ab Hermete scripto. Euseb. lib. 3. c. 7. Epistola ad
Lacedæmonios Dionysii Corinthij, quæ καθ' χοντρού orthodoxæ doctri-
næ dicta Niceph. lib. 4. Huc referuntur libri Ἰωάννου Σεπτεμβρίου Clementis
Alexandrinii; ὁ δέ χωρὶς Origenis; Institutionum Theophyli; Expositio-
nes symboli Cypriani; scripta Augustini quedam de summa doctrina; & a-
liorum, quæ tamen pleraq; temporum iniuria & hominum incu-
riæ interierunt. Vide fusionem relationem apud B. Chemnitium lib.
de Uso & utilitate Loc. Com. p. 10. & 11.

His & similibus parum profecerunt, ut historiae testantur,
siquidem indies furor diaboli ejusq; asseclarum, in occidentali-
bus cum primis Ecclesiis circa annum Christi 700. & seq. veritati
doctrinæ sese opposuit, multaq; in doctrina fidei fuere mutata,
id quod luce meridiana clarus est in libris Damasceni quatuor de
orthodoxa fide, quibus formam doctrinæ, quæ 300 ferè à Patrum
Ecclesia florente annis usitata fuit, sub forma Epithomes circa
annum Christi 730 comprehendit, in quibus multi errores, tradi-
tiones, & superstitiones à Pelargo adhuc integro in explicationib-
us istorum librorum recensentur & refutantur. Sequentibus
temporibus facies primitivæ Ecclesiæ etiam magis magisq; fuit obvela-
ta, cum primis Anno 950. quo tempore liber sententiarum Petri Lom-
bard



Ecclesiæ facies, qualis Patrum tempore fuit, renovari possit. **V**erum cum ista doctrina non solum fundata super Verbum Dei, sed etiam dicta Patrum & Ecclesiæ, frustra hoc fuit tentatum, & ansa data est posteris ut longius à Scriptura Sacra, tanquam norma & judice controversiarum unico, sub praetextu Ecclesiæ, recederent, qui tandem eò dementiæ processere, ut formam doctrinæ, neq; ex Verbo Dei, neque ex sententiis Patrum confirmatam, sed Philosophorum placitis, rationis arbitrio, traditionibus erroneis fulcitam, constituerint; atq; his Scholastico-rum & Pontificiorum nugis primitivæ Ecclesiæ facies & forma tota ferè perdita est.

Ut autem tandem deformata Ecclesiæ facies repurgaretur, **R**epurgatio doctrinæ. Deus nostris temporibus Dn. D. Lutherum, in medio papatus luto latentem ad hoc opus singulari benplacito excitavit, qui etiam anno Christi 1517. doctrinam veræ Ecclesiæ juxta normam & formam SS. Scripturæ scriptis Prophetarum & Apostolorum comprehensæ, ponderavit, eam divino adjutus auxilio feliciter repurgare cœpit, & septendecim articulis summam doctrinæ Christianæ comprehendit atq; proposuit, qui extant Tom. 5. Ienen. Germ. fol. 34. ad quorum ordinē, sensum, verba ferè & phrases postea Philip. Melanchthon Confessionem in Comitiis Augustanis publicè insinuandam atq; offerendam delineavit atq; concinnavit; id quod ex collatione manifestum, atq; per Rev. D. Mentzerum in Exegesi sua eleganter demonstratum est.

Hanc postea ipsi Luthero revidendam & censendam tradidere, qui etiam, cum animadverteret eam Verbo Dei esse confessionem, approbavit & commendavit. **C**ensura & Lutheri approbatio.

Exinde factum est ut doctrina vera Augustanæ Confessionis quæ veluti ad archetypum articulorum Lutheri concinnata fuit, Lutherana diceretur, quasi à Luthero repurgata & delineata.

Altera denominationis ratio in Theoremate posita, sua luce radiat, siquidem omnibus est in aperto, quod pleræq; hæreses sub splendido titulo Christianæ Religionis hodiè soleant occultari; hic pars est vestitus ovium quem hæretici subdolè assumunt. Ut enim Diabolus larvam & formam serpentis in duebat Gen. 3. v. 1. sic hæretici & falsi fratres nomen Christi iactant, & se

cum arcu ducere tuo in angelos lucis transformant. 2. Cor. ii. v. 14.
Unde rectè Athanasius Ora. 2. contr. Arria: Christianum simulant &
contra Christum in pugnam descendunt. Id quod Christus ipse prædi-
xit Matth. 24. v. 24. Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, qui ut
Paulus ait ad Titum 3. v. 5. habebunt effigiem pietatis, sed vim ejus abnega-
runt. Huc facit fucus Papicularum imprimis & Calvinianorum,
quo se imperitis ostendunt & commendant. Ut ergo plebeii in-
firmi q; faciliori negotio doctrinam salvificam, quam Lutheranam
vocamus, à falsa sciant discernere & separare, feliciorique
modo, quibus sese associare debeant cognoscere, retinemus de-
nominationem istam, & Religionem nostram (cum sine errore &
scandalo fieri possit) nomine hoc peculiari indigitamus, eoq; ve
apertè ab erroneis distinguimus.

*Argumenta
contraria.*

Argum. 1.

Resp.

*Lutherani
vox quid
notet?*

*Nomen ali-
ud confessi-
onale, aliud
magistrale.*

*Quale sit
nomen Lu-
therani?*

*Est confes-
sionale.*

*Est diacri-
ticum.*

Huic denominationi sese Calviniani opponunt, eamq; impi-
am & absurdam esse censem. Argumenta & fundamenta (strami-
nea) hæc sunt, prout ea recensentur à Paræo in Syntag. pag. 61. Alste-
dio in Theol. Pole: par. 5. class. i. p. 513. Principaliora desumuntur ex
1. Cor. 1. v. 12, & 13. Paulus eos reprehendit, qui dicunt *ego sum Pauli &c.* Ad quod Respon. Quod locus ille allegatus sit planè inconveniens & ἀπεστρόνυσθαι; siquidem illi à quibus sese divelle-
bant Corinthii erant ψυχὴ Θεοῦ. & in fide unanimis, & saltem ex-
ternis quibusdam donis distincti, unde non opus erat sese deno-
minationibus saltem discindere. Hic verò longè aliter res sese
habet, siquidem Lutherani vox notat doctrinæ & confessionis di-
screpantiam à reliquis; neque per appellationem Lutherani læ-
ditur & minuitur gloria Christi, quemadmodum Paræus insanit;
distinguendum enim est inter nomen *confessionale* & *magistrale*.
Si esset nobis magistrale, & nos fidei nostræ magistrum statuere-
mus *Lutherum*, accusatio locum haberet, siquidem unus magi-
ster agnoscendus, nempe Christus Matth 23; nos autem tanta-nun-
quam cœpit dementia, sed pro *confessionali* tantum assumimus,
quo *Lutheri confessio*, quæ nobis cum illo est communis, ejusq;
doctrina, quæ verè est *Christianæ*, ab aliis hæreticis eò apertitus pos-
sit dignosci.

Est ergo nomen *diacriticum non schismaticum*; sicut Iohann. 1.
Christiani & fideles Israelitæ ab Israele; Abrahamitæ ab Abrahamo
Gal. 3.

v. 14.
nt &
edi-
i. ut
ega-
um,
in-
era-
que
de.
e &c
que
pi-
mi-
ste-
ex
au-
in-
lle-
ex-
no-
sefe
di-
læ-
it;
ale.
re-
gi-
in-
is,
sq;
of-
. r.
mo
. 3.

Sicut. 5. v. 7. ad distinctionem aliorum iudeorum dicebantur. Ita
& ipsa Ecclesia Christiana dicitur in Symbolo Apostolico, ad distinctionem Ecclesiae falsae Pseudoapostolorum, Nicolaitae dicunter sectatores Nicolai ad distinctionem orthodoxorum Apoc 2. ver. 6.

II. Argum. est, quia Christus solus pro nobis est crucifixus, non Lutherus. Ergo à Christo non Luther debet desumi denominatio. Object. 2.
Respon. ex supra data distinctione facile sese nobis offert. Christiani dicuntur à Magistro nostro Christo pro nobis crucifixo; Lutherani à confessione, quia eandem doctrinam quam B. Lutherus ex tenebris Papisticis reduxit & repurgavit, profitentur & confitentur.

III. Quia in nullius doctoris nomen baptisati sumus: sed in nomen Object. 3.
Christi. Professio autem nominis est professio baptismi. Resp. commit. Respon.
titur ελεγχός τὸ ἐπόμπον, quia est argumentum αναλογίας. Non enim sequitur, ab eo in cuius nomen baptizati sumus, debemus nominari, nempe Christiani; Ergo non Lutherani. Diverso enim modo & respectu utrumq; piū est: profitemur nō men Christi respectu & fine jam memorato; nō men autem Lutheri; ut segregemus nos ab aliis qui quoque Christiani audire cupunt, cum tamen tantum hoc nomine sint dealbati, & ore diaboli loquantur. Athana. lib. 3. ad Theoph.

IV. Dicunt Calviniani 1. hoc esse papizare. 2. Lutherum ipsum edixisse, ne quis à se denominari vellet, & cum stomacho hoc cacoéthes rejecisse. Object. 4.
Calvin. Respondeo 1. Si hoc est papizare, distinctionis causa, sese denominare à doctrina Personae, nempe Lutheri, tanquam repurgatore & confessore Religionis Christianae primario, & ipsi Calviniani papizabunt, qui se Helveticos & Palatinos nominant. Sicut autem ipsi non locum sed doctrinam ibi florentem respiciunt, ita & nos non personam Lutheri sed ejus doctrinam. Papizabit ipse Deus (quod cogitare est absurdum & blasphemum) qui de Christiano ore Esa. Absurda:
44. v. 5. vaticinatur, quod discriminis causa debeant nomen Iacobitarum & Israelitarum sortiri. Papizabit Christus ipse, qui ad discretionem ab hypocritis dicit Nathanaelem verum Israelitam. Papizabit Paulus, qui semetipsum nominat Pharisaeum. Actor. 23. v. 6. Phil. 3. v. 5. ut se à Iudeorum sectis segreget.

Quod attinet interdictum & displicentiam Lutheri; in illo committunt Elenchum πρὸς τὸν διάγεων. Nam ratio facilimo nētione Lu-gotio theri.



gotio ex propriis ejus verbis poterit cognosci, quæ extant Tom. 2,
iennen. Germ. fol. 92. War ist es? inquit, Was du ja beh Leib vnd Seel
nicht sagst ich bin Lutherisch oder Päpstisch; ratio, denn derselben ist
Ketner für dich gestorben/ noch dein Meister / sondern allein Chri-
stus vnd soll dich Christen bekennen. Sequentia Calviniani decur-
tant. Pergit enim Lutherus, Aber wenn du es dafür hältest/ das

N.B. Luthers Lehr Evangelisch/ vnd des Pauli Uncangelisch/ so mustu
Luthern nicht so gut verwerffen/ du verwirrst sonst seine Lehr auch
nicht/ die du doch für Christi Lehr erkennest &c. Ex quibus manife-
stum, quod B. Lutherus taxaverit eos, qui si fiduciam suam, quam
soli Christo debeat. in se ponant, nomen autem Augustini nun-
quam interdixit, sed potius approbavit, id quod ex sequentibus
verbis & allegato exemplo Pauli 2. Tim. 1. v. 8. satis luculenter pa-
tet. Ergo Religio nostra ex allegatis causis sine scandalo, schif-
mate, & errore Lutherana dici potest.

THEOREMA II.

Religionis Lutheranae articuli fidei præcipui ab Eccle-
siis Protestantium repetiti, atque per formam Enchiridii
comprehensi sunt in Augustana Confessione. 1. Ut Protestan-
tes Imperatori Carolo V. satisfacerent in Comitiis Augustanis
inter alia quoq; confessionem fidei exigenti. 2. Ut fidem &
doctrinam suam cum scriptis Prophetarum & Apostolorum per
omnia consentire demonstrent. 3. Ut se se ipso medio à suspici-
one heresies liberent, & apud Imperatorem reliquosq; Im-
perij Status purgent & excusent.

Aug. Con-
fessio unde
dicta.

A loco exhi-
bitionis.

Cur a loco
ista?
Pontificio-
rum ratio-

Augustana Confessio dicta est Augustana, non ab autore, quasi
quidam Augustus eam conscripserit vel conscribendam manda-
verit; neque à materia, quod sit augusta & nobilis, quia since-
ram Evangelicæ doctrinæ veritatem, & fundamenta fidei, qui-
bus homini Christiano augustinus & nobilius nihil dari potest, in
se contineat; sed à loco exhibitionis & promulgationis, qui sicut Urbs
præclara Augusta Vindelicorum; non quod ibi sit nata & primū
in lucem producta, uti Pontificis inscriptionem hanc exagitant,
qui principium Religionis cum principio publicæ de Religione
confessio-



contentionis peitime confundunt; item actum contendi (qui
recens) cum subjecto confessionis (quod antiquum): sed quod *Luth.ratio.*
in Comitiis Imperialibus ibi celebratis fuit Imperatori non sine discri-
mione vitæ & fortunatum oblatæ. Sic appellabatur Symbolum Nice- Similia.
num ab Urbe Nica; Chalcedonense à Chalcedone. Causa appellatio: Causa ap-
plicis est, ut posse discerni à reliquis aliis editionibus corruptis. Prævide- pellationis.
runt enim Protestantes vafriciem & nequitiam adversariorum, &
in primis Calvinianorum, quod nullum non moturi sint lapidem,
ut in aliis editionibus quædam mutentur; quod etiam paucis an-
nis à promulgatione, nempe anno 1540. factum est. Unde πόλεσ πόλημα.
πα: Quæcumq; Confessio Augustæ non fuit exhibita, nec eum prototypo per
omnia concordat, illa Augustana dici non meretur.

Necessitate inevitabilis Imperator Carolus V. adductus publi- Causa im-
co diplamate anno 1530 Comitiis Augustæ Vindeli: indicebat, ut non pulsiva i.
tantum de auxiliis contra Turcam hæreditarium Christiani no- scrip.Aug.
minis & veræ Religionis hostem matura institueretur delibera- Confess.
tio, quomodo (ut habent verba præfationis ad Carolum V.) illius fu-
rori & conatibus durabili & perpetuo belli apparatu resisti pos-
sit, verū etiam ut de dissensionibus in causa Religionis & fidei
Christianæ ponderandis & componendis ageretur, ad quæ Co-
mitia cum aliis etiam Protestantes (ut vocant) Electorem Principes
& Ordines invocavit, mandavitq; ut, sicut alii Latina & Germania
lingua Confessionem fidei secum adserrent. Huic mandato ut corre-
sponderent Iohannes Elector Saxonie nomine reliquorum literis,
die Luna Domi: Reminiscere sequenti, Theologij Vittenbergicii injun-
xit, ut certam & cum Sacra literis, per omnia congruentem, prout
haecenvis in dictatibus, ditionibus, & urbibus Protestantium fu-
erat tradita, conscriberent, fidei confessionem, eam ante Dom: Oculi Chytr. Hist.
penitus absolverent, & sine mora Torgaviam mitterent. Jussu A.C.p.108.
ergo & autoritate Collegii Theologici D. Lutherus oīroī doctrinæ Synopsis Re-
Christianæ septendecim articulis comprehensam conscripsit, ad cuius nor- ligioniscri-
mam & fundamenta Philippus cum reliquis Theologis doctrinæ pta à Luth.
summarum justam Confessionis formam rededit. Philipp. ad-

Ut autem Electori reliquisq; constaret de firmitudine & cer- ornat A. C.
titudine illius; Electorum temporis in arce Cobagensi subsi- Sleida. l. 7.
stens, eo quod locus iste erat Augustæ vicinior, per celeres eam Lutherus
Lutheru ponderat

Aug. Conf.

B



Approbat.

A. Conf. recipitur: con-

Impera:

offertur.

Sleida. ibid.

publicē te-

gitur.

Quomodo

Aug. Conf.

fit publica

dicenda.

Socij Aug. C.

An judicio

anius sit

concinna-

ta?

Causa im-

pulsiva 2.

Lutherò periegendam, reviadendam & cœtiendam tradidit, ut præmisso calculo, præcognita censura, & approbatione tanti viri, qui ceu currus & auriga Israelis habebatur, tandem in Imperatoris & Procerum Augustissimum veniret conspectum. Postquam autem eam gravi judicio pensitasset, & approbasset, Protestantium communi suffragio & judicio recepta, subscriptionibus illustribus firmata & confirmata demum Imperatori oblata fuit; & 25. Iunij circiter horam tertiam pomeridianam, in palatio Cæsarū præsentibus Principibus & Imperijs ordinibus, clarissima voce à D. Christiano Beyero Electori Sax. Cancellario prælecta fuit.

Est ergo liber Homologeticus iste Confessio publica, non quidem omnium Ecclesiarum Germaniae, sed, 1. Protestantium, quorum autoritate primò fuit concinnata. 2. Eorum qui anno 1537. in Conventu Smalcaldico eam receperunt, & in testimonium Articulis Smalcaldicis subscripsierunt. 3. Qui sequentibus annis una cum exercitis Regnis Danie & Suecia illam approbarunt & receperunt his etiam annumerari debent. Nec porro est unius aut alterius tantum judicio & censura conscriptus, ut quidam somniarunt, sed approbatione Principum, Ordinum Imperijs, Magistratum quorundam Civitatum, Theologorumq; præclarissimorum; qui omnes eam cum Verbo DEI consentire severè sunt attestati, uti prima verba articuli primi & historiæ satis demonstrant.

Etsi autem hæc omnia sic sese habeant, attamen Satanæ partim dolis atque astutia, partim naturali hominum ad dissen tiendum facilitate, partim ingeniiorum quorundam petulantia atque ambitione, partim etiam perverso augendæ potentiae dignitatisq; ac opum studio, diris modis ipsi antea fueront exco pitati, ipsorum doctrina multis calumniis & mendaciis coram universo orbe falsitatis & impietatis accusata, & ac si multis parasangis à doctrina Prophetarum & Apostolorum distet, & firmissimo Scriptura JeovvLc 58 fundamento destituta esset, proclamata, maximè necessarium fuit, ut aperta demonstratione publicè injuriā hanc à se propellerent, rationem fidei hoc publico scripto homologetico omnibus illud insipientibus redderent, & doctrinam suam per omnia cum verbo DEI consentire fatis abunde demonstrarent.

De

De injuriis & calumnias conqueritur ipse D. Lutherus in Pra-
fatione Artic. Smalcaldicis praefixa, & recitat historiam. Fuit VVitte-
berga Doctor quidam ex Gallia missus, qui nobis palam indicabat, Regi suo
certo certius persuasum esse, apud nos nullam esse Ecclesiam, nullum ma-
gistratum, nullum conjugium, sed promiscue omnes pecudum more vive-
re pro arbitrio. Videatur porro de talibus accusationibus imme-
ritis, quæ etiam post oblationem ipsis affingebant Pontifici, Slei-
danus lib. 7.

Ex his exagitationibus, scomatibus, & proclamationibus Rumor false
iniquissimis & mendacissimis rumor processit ille virulentus & sus de Ec-
calumniosus de Protestantium Ecclesiis, ac si multarum hæresium clesia Pro-
essent autores & propugnatores, faverent furori Anabaptistarū, testantium.
seditiones contra Imperium Rom. excitarent, Trinitatem nega- Causa im-
rent, & alia perversa dogmata de Christo & Magistratibus in do- pulsivaz.
ctrina sua proponerent; id quod manifestum est ex testimonio
Alphonsi Cancellarij Cæsarii, qui durantibus adhuc Comitiis Augusta- Testim. Al-
ni Philippo Melanchthoni retulit, quod longè aliter de ipsis fama tulerit, phoni.
quam ex Confessione intellexerit. Multi nobis persuaserunt (porrò di-
xit) vos negare Trinitatem, de Christo & Maria virgine impie loqui, Sa-
cramenta corrumperem, Cœnam Domini convivij profani more admini-
strare, magistratum contemnere, libidines stabilire &c. Quæ omnia,
licet falsissima in se, & garris sicutis vaniora, tamen non tantum
simplicioribus, verum etiam doctoribus, Principibus & Statibus
Imperii reliquis ansam calumniandi dedere, ut de Religione eos
suspectos redderent & hæreses accusarent. Ut ergo innocentia
eorum doctrinæq; cum S. Litteris congruentia, & quod post eas
contineat ωτοτόπιον οὐγανόντων λόγων, omnibus fieret mani-
festa atq; conspicua, necessitate inevitabili cōmoti, ut hoc quoq;
scripto Homologetico sese excusent, & ab omni hærese in su-
spicionē tandem, quoad ejus fieri posset, liberent.

THEOREMA III.

Religio Lutherana est doctrina sacra, verbo DEI unicè Definitio
revelata, arg in eo solidè fundata, à B. Lutheri instinctu Spi- Religionis
ritus S. ex tenebris Papisticis in lucem producta, à scoriis men. Lutherana.
disq repurgata, & postea Augustana Confess. comprehensa, ut
sit compendiaria ratio adipiscendi vitam post mortē beatam.

Vox Reli-
gionis sumi-
tur dupli-
cer.

An Religio
Luth. sit à
paucis exco-
gitatis?

A. C. an sit
norma veri-
tatis per se &

Dicitur Kangio; cuius vocis notatio datur multiplex, qua-
rum quælibet Lutheranæ Religioni optimè convenit, quas lege
Part. 2. Philoso. Sobria. S. I. c. 1. q. 10. Boet. in tractatu de Religione p. 1. & 2.
Zanch. 4. col. 260. Alsted. Theol. Cate. p. 6. Greg. de Valen. Tom. 3. p. 267.
Disput. præced. 1. Theore. 1. Sumitur 1. pro cultu & honore divino,
Num. 19. v. 2 Esthe. 8. v. 17. c. 9. v. 27. Actor. 16. v. 5. Colos. 2. v. 16. Iac. 1.
v. 26. Secundo pro doctrina. Cur autem dicatur Lutherana su-
pra dictum est. Non enim nata est in cerebro unius aut alterius,
nec paucorum vafritia & calliditate excogitata, sed ex Scriptu-
ris sacris excerpta, & in certam quandam formam confessionis
redacta (loquor primariò de libro isto Symbolico, in quo prima-
ria religionis Lutheranæ continentur fundamenta) non ut per se
& ex se habent rationem regula & norma infallibilis veritatis, sitque
sacris literis æquiparanda. Nam David. Psal. 119. ait disertè, quod
Lucerna pedum nostrorum sit Verbum Tuum Domine &c. Et Liber. Con-
cord. in Epitom. de compen. Norma: Unica norma & regula secundum
quam omnia dogmata omnesq; Doctores estimari & iudicari oportet, nul-
la omnino est alia, quam Prophetica & Apostolica scripta Veteris & Novi
Test. Et post pauca: Reliqua vero sive Patrum sive Neoticorum scri-
pta, quocunq; veniant nomine Sacris Literis nequaquam sunt æquiparan-
da, sed universa illi ita subjicienda, ut tali ratione non recipiantur, nisi
testium loco, qui doceant, quod etiam post Apostolorum tempora, & in
quaib; partibus orbis, doctrina illa Prophetarum & Apostolorum sincerior
sit conservata; & sub finem addit: Cætera autem Symbola & alia scri-
pta, non obtinent autoritatem Iudicis: hac enim dignitas solis Sacris Li-
teris debetur.

Triplex di-
scrimen

Script. s. &
Religionis
Lutheranæ.

Aug Conf.
postponenda
Symb. Oecu.

Ex quibus triplex potest colligi discrimen: 1. S. Script. per se
est immota & infallibilis regula veritatis; Religio Lutherana cum
aliis scriptis Symbolicis ad hanc veluti Lydium lapidem exigen-
da est & examinanda. 2. Sacra Scriptura quæ fundamentum est
veritatis, judex est omnium controversiarum; Lutherana Religio,
ab hoc judice constituta, isti fundamento est superstructa.
3. Scriptura Sacra per se est auctoritas & auctoritas, auctoritas
& auctoritas; Religio Luth. vero est auctoritas tantum quatenus Scri-
pturæ est conformis.

Postponenda est autem Augustana Confessio Symboli tribus Oecu-
cumenicis

enim illa unanimi totius Ecclesiae consensu sunt approbata, hæc paucarum tantum quarundam particularium Ecclesiarum judicio & aplausu est recepta; ratione vero certitudinis, & gradus differentiæ à Scripturis Sacris conveniunt.

Hæc Religio Lutherana acerrime oppugnatur à mundo, & quidem nullius rei praetextu crudelius & vehementius quam Religionis Christianæ, ita ut si Sandæ Religionis statum consideres, apertè cognoscas, in eum nunc statum esse deductam, ut simul ac à generalibus ad specialem singulorum membrorum & capitum fidei Christianæ ἐξῆγησι processeris, innumeris illam propè pugnantium opinionum sententiarumq; dissidentium fluctibus scatete deprehendas: Ne ergo simplicores infinita litium multitudine turbentur, & alii altercando nimium scandalizentur & offendantur, tandemq; veritas planè obfuscetur, sapientissimo & maturissimo consilio summaque diligentia sanæ Religionis (quam Lutheranam vocamus) nostræ capita, in hac σωματιδιονibus cognoscenda proponuntur, ut facilimo negotio quilibet viam ac rationem credendi & salutem æternam consequendi in ea habeat, ut quoque eo melius contradicentium σοφίσματα & αμαρτίu[m]a devitare queat.

Ratione certitudinis conveniunt.

Oppugna-
tur acerri-
mē.

THEOREMA IV.

Articuli Augustane Confessionis sunt vel doctrinales inlatae con-
vel ceremoniales. Doctrinales continent priores viginti & siderationes
unum; ceremoniales que de abusibus agunt septem posteriores.

Menzerus
in Exegesi
Aug. Conf.
Doctrinales memoriae causa in usum proprium συλλόγου
his sequentibus complexus sum versiculis.

1. 2. 3.

Odit Trinunus; Peccatum; Christus Iesus;

4. 5. 6.

Iustificat; Pastor; salvat Opus quid ait?

7. 8. 9. 10.

Est Ecclesia; Mixta; Lavacro pura; Synaxis;

11. 12.

Cum Sceleras agnoscit, Pœnitit atque pia-

B 3

Uetus



Ultitū hæc Sacramentū; missi q̄ Ministrū;

15. 16.

Ritus; Civiles res tenet ipsa piass;

17. 18. 19.

Judicio Extremo; Arbitrium; Causam scelerum q̄;

20.

21.

Sola Fides prodit; Sancticolas q̄ simul.

Ceremoniales sequentibus inclusi versiculis.

2.

2.

Utraq; sit species; Pastori conjugium q̄;

3.

Concessum semper; publica Missa simul;

4.

5.

Ullīcita est Confessio; Discrimen q̄ ciborum;

6. 7.

Vota; Potestatis mixtæ opus atq; Pape.

Alij aliter articulos hos juvandæ memoriæ causa propo-
nunt. Usitatum distichon Ceremonialium hoc est.

Utraq; Conjugium, Missa, Confessio, Vota,

Discrimen q̄ cibi, Iura q̄ Pontificum.

Doctrinales plerique absolvuntur partibus duabus, 1. est Ge-
tikή 2. ἀντιθετική. Ceremoniales vero versantur circa ἐλεγχον &
ἀνασκόπων, & recensent abusus in Ecclesiam sub Papatu inve-
ctos.

Articuli Doctrinales sunt sequentes:

1. De DEO uno & Trino. 2. de Peccato originis. 3. de Persona Christi.
4. de Iustificatione. 5. de Ministerio Ecclesiæ. 6. de Bonis operibus. 7. de Ecclesia. 8. de Mixtura bonorum & malorum in Ecclesia. 9. de Baptismo.
10. de Cœna Domini. 11. de Confessione. 12. de Pœnitentia. 13. de Uso Sa-
ceramentorum. 14. de Ordine Ecclesiastico. 15. de Ritibus Ecclesiasticis. 16.
de Ordine Politico. 17. de Extremo Iudicio. 18. de Libero arbitrio. 19. de
Causa peccati. 20. de Fide & bonis operibus. 21. de Cultu Sanctorum.

Ceremoniales.

1. De Utrāq; specie inde Cœna. 2. Conjugio Sacerdotum. 3. de Missa.
4. de Confessione. 5. de Discrime ciborum. 6. de Votis Monasticis. 7. de
Potestate

Potestate Ecclesiastica. Hi universi & singuli cum articulis fidei Christianæ per omnia conveniunt, quemadmodum hoc in sequenti Theoremate manifestum est.

THEOREMA V.

Religio Lutherana vera est & Apostolica; quod probatur
in vietis & immotis fundamentis, desumtis 1. A principiorum
certitudine infallibili. 2. A consonantia dogmatū cum Scriptura
sacra. 3. Cum doctrina Patrum. 4. A conscientia tranquilli-
tate. 5. A miranda defensione, propagatione & conservatione.

Principium arguit naturam principiati; ubi ergo est infallibile
firmum & certum principium, ibi quoque de principiati consti-
tutione & certitudine facilimum potest fieri judicium; ea pro-
pter cum Religionis Lutheranæ principium sit infallibile, certum
& salutare, eam ipsam infallibilem, certam & salutarem esse
concludimus.

Principium autem & fundamentum illud est *Sacrosancta Scri- I.*
ptura, sive verbum Iehovæ, quod per Prophetas & Apostolos est locutus. Principium
2. Pet. 1. v. 21. quod est ipsa veritas Ioh. 17. vi 7. Psal. 119. v. 160. estq; in- est Verbum
fallibile & manet in aeternum 1. Reg. 17. v. 16. Esa. 40. v. 8. Matth. 24. v. 35. DE L.
Rom. 1. v. 4. 2. Cor. 6. v. 7. 2. Tim. 2. v. 15. est lucerna pedum nostrorum & lu-
men semitis nostris. Psal. 119. v. 115. planum & perspicuum 2. Sam. 22. v. 3.
Psal. 18. v. 31. certum Tit. 1. v. 9. praefat sapientiam Psal. 19. v. 8. 9. est regu-
la vite Prov. 30. v. 5. est firmum & immobile 2. Pet. 1. v. 19. &c. Nihil e-
nim in tota Religione Lutherana quam Augustana comprehendit
confessio habetur, invenitur, creditur atque affirmatur, quod non
ex Sacra Scriptura tanquam ex fontibus Israëlis saluberrimis &
limpidissimis haustū & de promptum sit, & vel κατὰ τὸ πνῶν, vel
ad minimū καὶ δύναμιν ea contineatur: eam ipsa commen-
dat, magnificat, judicem credendorum & fugiendorum agno-
scit unicē & solitariē, ad eam omnes veluti unicam & solum in-
fallibilem credendi normam alegat.

Veritas hujus assertionis aperte demonstratur 1. ex collatione Probario
cum Scriptura sacra. 2. Propria Confessione & affirmatione Theo- assertionis
logorum & aliorū Augustana Confess. additorum, de qua in Concor-

Epit.



Epito. c. i. De compendiaria Norma &c. 3. ex continua praxi Doctorum
in Ecclesiis eorundem, de quibus plura addere opus non est.
Unde tale formamus argumentum:

Cujuscunque Religionis Principium & fundamentum est verum certum
& infallibile DEI Verbum, illa ipsa vera certa & infallibilis sit oportet.

Atqui Religionis Lutheranae Principium & fundamentum est verum,
certum & infallibile DEI Verbum.

Ergo Religio Lutherana vera certa & infallibilis sit oportet.

I I.
Consonan-
sia cum
Scrip. Sacr.
Artic. 1. de
DEO.

Consonantia & navapuoria dogmatum Religionis Lutherane
cum Scriptura sacra ex singulorum articulorum consideratione,
& ex Verbi Dei probatione facilime patescit, id quod brevissi-
mis membratim pro ratione instituti delineabo.

Articulus I. agit de DEI Essentiae unitate, & Personarum Trinitate.
Unitas Essentiae divinæ probatur Deu. 6. v. 4. Esa. 44. v. 6. 1. Tim.
2. v. 3. Trinitas personarum astrictur 1. Ioh. 5. v. 7. ex baptismo Chri-
sti Matth. 3. v. 16. Marci 1. v. 10. Luce 3. v. 21. 22. ex formula baptismi
Matth. 28. v. 19. Deus est æternus Ioh. 36. v. 26. Esa. 49. v. 28. cap. 44. v. 6.
c. 6. v. 16. II. Est Spiritus & per consequens incorporeus, impar-
tibilis, Ioh. 4. v. 24. 2. Cor. 3. v. 17. III. Omnipotens Esa. 40. v. 62. Ier. 32.
v. 18. 19. Psal. 118. v. 15. 16. Psal. 136. Zach. 8. v. 6. Lu. 1. v. 37. Eph. 3. v. 20. IV.
Sapiens Ioh. 9. v. 4. c. 12. v. 13. c. 28. v. 23. & 24. 1 Reg. 8. v. 39. 2. Cor. 2. v. 10. &
n. 1. Tim. 1. v. 17. V. Bonus Esa. 11. v. 1. & 2. Syr. 1. v. 1. Matth. 19. v. 17. Marc. 10. v.
18. Luc. 18. v. 19. Rom. 11. v. 36. Iac. 1. v. 17. V. Creator Gen. 1. v. 1. Psal. 33. v. 6.
Psal. 148. v. 5. Ioh. 1. v. 1. Col. 1. v. 16. Esa. 44. v. 24. cap. 45. v. 7. Actor. 4. v. 24.
c. 14. v. 14. VI. Conservator omnium rerum. Ier. 10. v. 23. Sap. 14. v. 3.
Ioh. 5. v. 17. Actor. 17. v. 25. Heb. 1. v. 3.

Artic. 2. de
Peccato O-
riginis.

Artic. II. de Peccato Originis: Quod postlapsum Adæ omnes ho-
mines naturali modo propagati nascentes habeant peccatum o-
riginis Gen. 6. v. 5. c. 8. v. 21. Sap. 2. v. 21. 22. Ier. 17. v. 8. Ioh. 14. v. 4. Psal. 51. v. 7.
Rō. 5. v. 12 cap. 7 v. 13. 14. 15. 23. c. 8. v. 7. 2. Cor. 3. v. 5. Eph. 2. v. 1. & 3. Gal. 5. v. 17.

Artic. 3. de
CHRISTO.

Artic. III. de Christo. Verbum Filius DEI Assumxit humanam
naturam &c. Ps. 2. v. 7. Esa. 11. v. 23. Mich. 5. v. 2. cap. 16. v. 16. c. 22. v. 42. Marc.
8. v. 29. Luc. 9. v. 20. Ioh. 1. v. 1. & 2. c. 6. v. 69. c. 20. v. 28. Rom. 9. v. 5. 1. Ioh. 5. v. 5.
c. 4. v. 14. Vera humanitas probatur Ioh. 1. v. 14. cap. 10. v. 18. Gal. 4. v. 4.
Matth. 36 v. 38. Luc. 1. v. 32. cap. 2. v. 7. cap. 23. v. 46. Hebr. 2. v. 14. & 15.
Opus redemptionis Gen. 3. ver. 15. cap. 12. v. 3. cap. 22. ver. 24. Esa.
53. ver. 6. Marc. 9. ver. 31. cap. 9. v. 31. Luc. 2. v. 31. 35. cap. 20. ver. 41.
Ioh. 1.

100. v. 14. ad 20. v. 28. Gal. 4. v. 4. Philip. 2. v. 7. i. Petri 1. v. 18. 1. Ioh. 2. v.
2. Heb. 2. v. 14. cap. 16. v. 15. & alibi in N. T. Duo genera ex unione pro-
manant. I. Communicatio naturarum, Ier. 23. v. 5. cap. 33. v. 15. Matth.
26. v. 16. cap. 22. v. 49. Luc. 1. v. 32. Rom. 1. v. 31. Cor. 15. v. 47. II. Communi-
catio idiomatum quorum genus Primum Luc. 1. v. 35. Actor. 20. v. 28.
Rom. 1. v. 3. cap. 8. v. 32. Gal. 2. v. 20. cap. 4. v. 4. i. Ioh. 1. v. 1. Secundum Iere. 23.
v. 6. cap. 33. v. 16. i. Ioh. 3. v. 8. Luc. 9. v. 56. i. Tim. 2. v. 5. Tertium Matth. 11. v.
26. Ioh. 3. v. 34. cap. 5. v. 27. Eph. 1. v. 20. Dan. 7. v. 13. & 14.

Articul. IV. de Iustificatione. Docent quod homines non pos. Arti: 4. de
sint justificari coram Deo proprijs viribus, meritis aut operibus, Iustificati-
sed gratis propter Christum per fidem &c. Rom. 3. v. 24. & 25. cap. 4. one.
v. 5. 6. 7. cap. 11. v. 6. Gal. 2. v. 16. cap. 3. per tot. Eph. 2. v. 8. & 9.

Articul: V. De Ministerio verbi & Sacramentorum. Ut fidem. Arti: 5. de
consequamur institutum est Ministerium, docendi Evangelii & Ministerio.
porrigendi Sacra menta &c. Matth. 10. v. 1. c. 28. v. 19. 20. Marc. 3. v. 14.
cap. 16. v. 5. Luc. 6. v. 13. cap. 24. v. 47. Ioh. 20. v. 21. Actor. 1. v. 8. cap. 2. v. 3. Rom.
10. v. 14. 15. 17. 2. Cor. 5. v. 20. Eph. 4. v. 11. & 12.

Articul: VI. de Bonis operibus. Fides illa debet bonos fructus Arti: 6. de
parere, & oportet bona opera mandata à Deo facere, propter vo- Bonis operi-
luntatem Dei, non ut confidamus per ea opera justificationem. bus.
coram Deo mereri. &c. Matth. 7. v. 18. cap. 5. v. 17. Luc. 3. v. 8. Ioh. 13. v.
34. cap. 14. v. 23. cap. 15. v. 10. 12. 17. Rom. 6. v. 4. cap. 7. v. 6. cap. 8. v. 5. & 14. cap.
14. v. 23. 2. Cor. 9. v. 18. Gal. 5. v. 6. & 22. Eph. 2. v. 10. cap. 4. v. 22. 23. 24. i. Tim. 1.
v. 5. 2. Tim. 3. v. 17. Tit. 2. v. 12. cap. 3. v. 8. 1. Thess. 4. v. 9. 1. Ioh. 3. v. 6. & 9. Jacob.
3. v. 17.

Articul: VII. de Ecclesia. Docent quod una Ecclesia sit perpe- Arti: 7. de
tuō mansura Matth. 16. v. 18. cap. 28. v. 20. i. Cor. 11. v. 26. Quid sit decla- Ecclesia.
ratur Ps. 1. v. 5. Ioh. 10. à v. 1. ad 17. v. 26. 27. 28. cap. 17. v. 21. i. Cor. 14. v. 33. 1.
Pet. 2. v. 5. Eph. 1. v. 22. cap. 4. v. 4.

Articul: VIII. de Ecclesia quod sit mixta malis & bonis. In hac Arti: 8. de
vita multi hypocritæ & mali admixti sunt pijs in Ecclesia, Matth. mixtura
3. v. 12. cap. 13. v. 24. & 47. cap. 25. v. 1. 2. Tim. 2. v. 20. Quod liceat uti Sacra- Ecclesiae.
mentis quæ per malos administrantur Matth. 23. v. 2. Phil. 1. v. 18.

Articul: IX. de Baptismo. Baptismus est necessarius ad salu- Arti: 9. de
tem Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 16. Ioh. 3. v. 5. Rom. 6. v. 3. Oblatio gratiæ Baptismo.

C

per



- per Baptismum, alioz. v. 38. cap. 22. v. 10. Gal. 3. v. 27. I. Pet. 3. v. 21. Pædo-
baptismus, Matth. 19. v. 13. cap. 28. v. 19. Act. 2. v. 39.
- Artic: 10. de Cœna.** Articul: X. de Cœna Domini. De Cœna docent, quod corpus & sanguis Christi verè adsint & exhibeantur vescientibus in Cœna &c. Matth. 26. v. 26. 27. 28. Marc. 14. v. 22. 23. 24. Luc. 22. v. 19. & 20. 1. Cor. 10. v. 16. cap. 11. v. 23. 24. 25. 29.
- Artic: 11. de Absoluti- one.** Articul: XI. de Absolutione. Quod absolutio privata in Ecclesijs sit retinenda &c. 1. Propter bonum in Ecclesia ordinem; 2. Propter Ministros &c. Auditores. Matth. 9. v. 2. 2. Sam. 12. v. 13. Enumeratione omnium delictorum necessaria non est, quia impossibilis. Ps. 19. v. 9.
- Artic: 12 de Pœnitētia.** Articul: XII. de Pœnitētia. Lapsis post baptismum contingere potest remissio peccatorum quocunque tempore cum convertuntur. Ezech. 18. v. 27. cap. 33. v. 11. Act. 10. v. 19. Iere. 31. v. 18. Ionæ 3. v. 5. Act. 11. v. 21. Pœnitētia constat contritione & fide. Ps. 38. v. 9. & 10. Act. 2. v. 21. Quod semel justificati possint amittere Spiritum sanctum. Ezech. 18. v. 24. 26. Luc. 8. v. 13. Heb. 6. v. 4. seq. Quod nulli tanta perfetio in hac vita contingat, ut non possit peccare. I. Reg. 8. v. 46. Rom. 3. v. 23. Ps. 32. v. 6. Prov. 20. v. 9. I. Ioh. 1. v. 8. Iac. 3. Quod gratis Justificemur. Rom. 3. v. 24. Eph. 2. v. 8. Tit. 3. v. 4. & 5.
- Artic: 13. de Ihsu Sacra- mento- rum.** Articul: XIII. De Ihsu Sacramentorum. Sacra-menta sunt instituta, non modò ut sint notæ professionis inter homines, sed magis ut sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos &c. de circumcisione Gen. 17. Rom. 4. v. 11. de agno paschali. Exod. 12. 1. Cor. 5. Marc. 16. v. 16. Tit. 3. v. 5. Matth. 26. v. 78. I. Ioh. 5. v. 8. I. Petr. 3. v. 21.
- Artic: 14. de Vocatione Magistro- rum.** Articul: XIV. de Vocatione Ministrorum. Item docent quod nemo debeat in Ecclesia publicè docere aut Sacra-menta administrare, nisi ritè sit vocatus, Iere. 23. v. 21. cap. 27. v. 9. 14. & 15. Rom. 10. v. 15. Matth. 7. v. 15. Iohann. 3. v. 27. cap. 10. v. 8. Heb. 5. v. 4.
- Artic: 15. de Ritibus.** Articul: XV. de Ritibus Ecclesiasticis. Ritus illos docet esse servandos, qui sine impietate & ordinis confusione servari possunt. I. Cor. 14. v. 26. 40. De nullitate traditionum, Matth. 15. v. 9. Gal. 5. v. 1. Col. 2. 16. 17. 20. 21. 22. 23. & seq.
- Artic: 16. de Magistratu.** Articul: XVI. De Magistratu & rebus civilibus. Quod legitimæ ordinationes civiles sint bona opera DEI, Rom. 13. v. 1. 2. 3. Prov. 8. v. 15. Dan. 2.

v.4. Exemplo Christi. Ioh. 18. v.23. Pauli iure se tueris Acto. 23. v.3. cap. 22. vilibus.
v.28. cap. 25. v.11. Jure bellare Deut. 20. v.1. Gen. 4. Exemplo Mosis, Davidis.
Contrahere 1. Thess. 4. v.6. Tenere proprium 1. Tim. 6. 17. Prov. 5. v. 15.
Jurare Esa. 61. v.15. Ier. 4. v.2. cap. 12. v.16. Deut. 20. v.1. Ducere uxorem
Gen. 2. v.24. Ps. 128. per. tot. Matth. 19. v.4. Heb. 13. v.4.

Articul: XVII. de Extremo judicio. Quod Christus apparebit Artic:17.de
in consummatione Mundi, Matth. 25. v.31. cap. ult. v.ult. Ioh. 5: v.27. cap Extremo
14. v.23. Act. 17. v.31. Eph. 1. v.20. 2. Thess. 1. v.10. Rom. 14. v.11. 2. Tim. 4. v.1. Ps. 9. judicio.
v.9. Esa. 66. v.15. 1. Petr. 3. v.18. 19.

Articul: XVIII. de Libero arbitrio. Quod humana voluntas Artic:18.de
habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem Justitiam, Ro- Libero Ar-
ma. 2. v. 14. cap. 10. v.3. Phil. 3. v.46. Sed non habet vim sine Spiritu bitrio.
sancto efficiente Justitiae Dei. &c. 1. Cor. 2. v.14. Eph. 4. v.17. 18. 19. cap.
5. v.8. cap. 2. v.1. Matth. 13. v.13. Rom. 3. v.12. cap. 7. v.14. cap. 8. v.7. Act. 26. v.
18. Ioh. 1. v.5. Gal. 5. v.17. Gen. 6. v.5. cap. 8. v.21. Ierem. 17. v. 9.

Articul: XIX. de Causa peccati. Causa peccati est voluntas Artic:19.de
malorum &c. Iacob. 1. v. 23. Rom. 5. v.12. Sap. 2. v.24. 1. Thess. 3. v.3. 1. Ioh. 8. v. Causa pec-
cati.
8. Ps. 5. v.5. Ioh. 8. v. 44.

Articul: XX. de Fide & bonis operibus. Quod bona opera non Artic:20.de
prohibeantur in nostris Ecclesijs, Eph. 2. v.8. Rom. 5. v.1. & 2. cap. 11. v.20. Fide & bo-
Coloss. 1. v.23. Phil. 3. v.7. 1. Pet. 1. v.5. &c.

Articul: XXI. de Cultu sanctorum. Memoria sanctorum pro- Artic:21.de
poni potest, &c. Scriptura vero non docet invocare sanctos, Heb. Cultus an-
3. v.7. 2. Cor. 5. v. 19. 1. Tim. 2. v.5. 1. Ioh. 2. v.1. &c. 2.

His subjicienda esset demonstratio complementi Augustanæ Confessionis, nempe Articulorum de abusibus: verum cum facili negotio illi ex verbo Dei & bonis consequentijs à quovis cognosci possint, hocque nervosissime ab Adm: Rev: & Clar. Dn. D. Franzio in dispu. de abusibus jam sit factum, prolixiori demonstratione supersedeo.

Ex his sic argumentor:

Quæcunq; Religio per omnia convenit cum Sacris Literis, illa est vera Religio.

Sed Lutherana Religio per omnia convenit cun Sacris literis.

III.

Consensus Religionis Lutheranae cum doctrina Patrum per singulos Articulos esset hic demonstrandus, quod facili negotio posset fieri, in primis cum ex illorum scriptis satis amplis testimoniis huic negotio inservientia satis feliciter sint collecta à D. Chemnitio in Loci & Examine Concilij Tri. à Rev. D. Gerhardo in locis, ab Eckhardo in Compendio Theol. Patrum, & à Rahtmanno in Theosophia Priscorum Patrum, adde Novum Jesuiticum Pelargi; in quibus præcipui Articuli fidei etiam ex Antiquitatis orthodoxæ puritate illustrantur. Verum ne nimis prolixus fiat hic discursus lectorem benevolum ad dicta scripta quæ in manibus omnium remittendum censeo. Patrum catalogum in secula duodecim distinctum vide in Methodo D. Gerhardi p. 281.

An omnia

Notandum autem est, quod omnia sine differimine non dogmata recipiamus Patrum dogmata, siquidem & ipsi suos habuere Patrum re-nævos; non tamen illico susque deque ipsorum scripta habeacipiamus: mus, propter unum atque alterum erratum leviculum, sed potius instar apum aprico mella colligentium campo per excultos hosce venerandæ antiquitatis hortulos dispaciemur, cogitantes, & ad odorem vitæ flosculos inibi examinantes, suaveolentes in religionis nostræ decus & illustrationem excerptamus, & reliquos Chilianismum (ut Irenæi) Anabaptismum

Quid nobis
sint Patres.

(Cypriani) Mantanismum (Tertulliani) olentes linquamus & (bona cum ipsorum pace & fama) rejiciamus. Sint ergo Patres nobis suffragia non fundamina, fidei testes non judices, ministri non magistri, sint explicatores non interpretes: quod ergo verum & salutare docuerunt, non quia ipsi hoc scripserunt, sed quia ex Scriptura hauserunt, recipiamus & credamus. Unde notanda cautela: In lectione Patrum observanda est regula Pietatis ne in Deum, Charitatis ne in Patres, & Frudentiae ne in nosmet ipsis peccemus.

V.
Tranquilla
re consci-
entiam.

Probatur porro Religionis Lutheranae puritas & veritas à tristitia conscientia, quam in animis tentatorum excitat. Cum enim Deus dicatur Deus omnis consolationis Rom. 15. v. 5. 2. Cor. 1. v. 3. Certò sequitur eius quoque Verbum consolationibus esse plenissimum; quod



in nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolatiō-
nem scripturarum spem habeamus: & cum Doctrina sive Religio nostra Prob. I.
Lutherana ex hac Scriptura unicē sit desumpta, in illaque unicē
fundata, irrefutabiliter sequitur, eam quoque vim consolandi
afflictos, & tranquillandi tentatos habere. Id quod ulterius Proba. 2.
sic probatur: quoniam ὁ Φιλίππος ἀπεγὼς hoc apparet i. ex remo-
tione omnium dogmatum & doctrinarum, quæ ansam ad despe-
rationem & consternationem hominibus suppeditant, & 2. ex
positione eorum, quæ plurimum solatij afflictorum animis af-
ferunt.

Quoad prius; illa removet articulo i. & 21. invocationem Remotio
sanctorum. Quæ enim spes est auxiliij apud eos, qui ignorant nos? Esa. 64. Artic. ad de
v. 16. Dogma de meritis bonorū operum artic. 4. Quid enim promereri sperationē
p̄iſſunt ea quæ debita sunt Luc. 17. v. 10. De propria satisfactione ducentium
art. 12. Quomodo enim i. pro proprijs satisfacere potest peccatis, cuius omnes
cogitationes pronæ sunt ad malum omni tempore Gen. 6. v. 5. Rom. 8. v. 7.
& qui destituitur gloria Dei. Rom. 3. De legis absoluta impletione,
art. 3. & 4. quæ impossibilis, cum hac in vita peccatum in carne here-
at. De purgatorio, art. 4. & 17. quod ignorat scriptura Sa-
cra, tollit Christianam πληροφορίαν, & dubitationem in-
volvit de merito Christi. De absoluta electione, & perpetua
de gratia Dei dubitatione art. 4. Quomodo enim dubitans
potest esse animo tranquillo? Hæc & similia dogmata falsa &
erronea, quæ consternatos reddunt animos, & omnem ex illis
eripiunt consolationem, à Religione nostra prorsus sunt remo-
ta.

Quoad posterius. Religio nostra Lutherana tradit arti. Positio ar-
culos consolationis plenissimos, quibus probè consideratis titul. confor-
mens afflcta facilimo negotio ad se redire, & in Dei volunta- lantium.
te gratiosa unicē acquiescere potest. Cum enim Trifolium u-
niversalitatis, 1. de Dei gratia; 2. Christi merito 3. vocatione ad re- Trifolium
gnum salutis, secum perpendit, dubium non est, quin statim a= universalis-
nimo suo suavissima conscientiæ oriatur tranquillitas. tatis.

C 3

Hæſita-



Gratia Dei, quæ universalis est, & collige: Si Deus vult omnes homines salvos fieri, & gratia eius exuperat omne peccatum, & ego peccator resipiscens in eius ero gratia, illa meum quoq; peccatum exuperabit, meque salvabit. Hæsitas utrum etiam Christus pro te satisfecerit, consule articulum de universalis Christi merito & collige: Cùm meritum Christi est universale includens omnes homines, eoque ipso pro omnibus satisfecit, & pro me quoque satisfecit, quia & ego homo sum. Hæsitas, num etiam sis in numero vocatorum, accede ad articulum de Vocatione, quæ universalis est, & collige: Si Christus Matth. II. Omnes ad se vocat qui laborant & onerati sunt, & ego quoque ero in eorum numero, quia quoque labore & oneratus sum, & me reficiet, me suscipiet, me salvum faciet, & gloria æterna coronabit. Summa, nulla angustia vel tribulatio tanta esse potest in afflictorum animis, contra quam medela salutifera in nostra Religione non sit parata. Quæ omnia fusius explicare & stylo oratorio enucleare nostrum non est, sufficit extremis attigisse digitis; reliqua Concionatoribus prolixius tractanda commendamus. Exinde tale fuit argumentum:

Argum.

Quæcunq; Religio removet ansam desperandi, & porrigit consolationes conscientias tranquillantes efficacissimas, illa est vera & divina Religio.

Religio Lutherana est talis.

Ergo est vera & divina Religio.

Miranda
defensio &
propagatio
Rel: Luth.
Quomodo
fuerit con-
servata in
Papatu.

Miranda defensio, propagatio & conservatione nostræ doctrinæ Lutheranæ ex modo divino & admirabili facile colligitur. Non multis agam de conservatione sub medio Papatu usq; ad repugnationem, cum certum sit, quod fuerit semper conservata. 1. Ratione suæ essentiae, quia Sacer Codex Scripturæ, in quo nostra Religio continetur, singulari Dei providentia assidue purus & ilibatus conservatus, unde consequitur, Doctrinam nostram fuisse in omnibus ijs locis simul conservatam, ubi fuit Sacer Bibliorum codex: porro sicut ille nunquam esse desijt, neque nostram Religionem in eo contentam defecisse concludimus. 2. Ratione prælectionis & prædicationis. Ubiunque ergo dogmata sacra ex Scriptura



stram prælectam & prædicatam fuisse certum est, quippe quæ est illa ipsa doctrina quam tradunt dogmata Sacra. Fuit proinde & adhuc est in omnibus Academij & Ecclesijs Papisticis, ubi Scriptura sacra fuit & adhuc est, prælecta & prælegitur: etsi Papicola textum suis explicationibus & glossis in alienum sensum detorquere conati fuere, tamen per singularem DEI providentiam ille mansit invariatus & illibatus. Huc facit promissio illa Matt. 16.

v.18. cap.28. v. ult. Ubi autem eius confessores & visibilis cætus fuerint ante Lutherum sub tenebris Papisticis, nos ignoramus; ab visibili cæignoratione autem rei ad negationem eius non valet consequens ignoratio. Nullum est dubium, quin Deus etiam sub medio Papatu mns.

7000. virorum, qui genia non curvaverunt coram Baal conservaverit. i. Reg. 19. v. 18. & verbum Dei sæpè prælectum fructificaverit, quia illud non revertitur vacuum, Esa. 55. v. 10. Et licet non fuerit confessio προφητης, tamen ἐνδιαθετος fuit, quoniam per Extern⁹

horrendam persecutionem & Papæ tyrannidem externum splendor dorem amisit, qui in ministerio publico, quieta administratione Ecclesie in sacramentorum & publica oralique confessione consistit; inter quibus con-

riorem autem qui consistit in vera fide, spe incōcussa, & charitate sistat. sincera, retinuit. Fuit ergo ibi in statu ἐλαττωσεως, jam vero in Internus in statu ὑπερψώσεως. Videatur Consulta: Catho: Adm. Reve: Dn: D. Meissne- quibus. vi parte. 3. p 366.

Non multis agam quoque de initio reformationis planè in oculis hominum dubio, debili & exili, sed considerandum propono omnibus insigne odium, quo in ipso reformationis actu Pontificij erga Lutherum & Religionem nostram flagrabant. Non enim tantum monendo & dehortando, sed etiam diris, imprecati- onibus & minis gravissimis Papa, Cæsar, & reliqui Lutherum à proposito avocare studuerunt. Quæ tamen omnia licet cum hor- renda persecutione, & præsentissimo mortis periculo erant con- iuncta, ipsum vi potentia & præsidio humano destitutum deter- rere non potuerunt. Hoc historia Comitiorum VVormacensium mitas Lu- anno Christi 1521. indictorum demonstrat, ubi Lutherus, vocatus, in- theri in Co- trepitus apparuit, magno zelo & confidentia plusquam heroica mi: VVor- toto macensibus

Odium Pō-
tif. in ipso
actu refor-
mationis.

Magnani-
tias Lu-
theri in Co-
toto macensibus



um admiratione & stupore, rationem fidei suæ, postulantibus,
reddidit, eamque masculè defendit.

Luth. de-
fendit se
contra a-
lios.

Cum postea anno subsequente 1522. multi Illustres & præpo-
tentest viri scriptis eum eiusque doctrinam impugnarent, oratio-
ne quadam sese masculè defendit, & doctrinam ab ipsorum in-
sultibus & erroribus plusquam Satanicis vindicavit. Hoc cer-
tè viribus humanis factu impossibile, quæ periculis & minis faci-
lè franguntur & à proposito seducuntur. Virtute ergo maiore
nempe divina, quæ ipsi adfuit eum fuisse animatum facile col-
ligimus.

Religionis
efficacia.

Hæc virtus divina, veritate hujus Religionis nostræ animos ho-
minum etiam Illustrium occupavit, atque Domino cooperante eos
convicit, ut Religionem patriam, papisticam puta, rejicerent, e-
jus errores agnoscerent, & nostram amplecterentur, etiamsi peri-
culum fortunarum & vitæ sibi imminere viderent; quod non est
opus hominis magnanimi, sed ipsius DEI, qui mediante Verbo
virtutis corda ipsorum disposuit, Spiritu sancto illustravit, & in
salutis bono confirmavit. Id quod tempore exhibitæ Augusta-
na Confessionis quoque factum.

Propagatio
Rel: Luthe:

Postea latius quoque propagata est & disseminata, sine vi
& armis externis, aut violentis edictis, sed sola prædicatione. Ser-
mo enim Dei vivus est, & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipi, ac
pertinet usq; ad divisionem animæ simul & spiritus, compagumq; ac me-
dullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, Heb. 4. v. 12. Ar-
ma militiæ nostræ sunt spiritualia Eph. 6. v. 14. Non autem tantummo-
do in nostris terris, verum etiam in alijs longè diffitis latissimè
diffusa est atque propagata. Hujus doctrinæ virtutem & vim
insignem etiam ipsi Papicolæ nolentes volentes confessi sunt.

Bellarmini Bellarminus in Præfa: super tom: primum Controver: B. 4. b. ait. Quis igno-
retestimoniū. rat pestem Lutheranam in Saxoniam paulò ante exortam, mox Germani-
am penè totam occupasse: inde in Aquilonem & Orientem profectam, Da-
niā, Norvegiā, Suetiā, Gotthiā, Pannoniā, Hungariā adsum-
isse, tum ad Occidentem & Meridiem pari celeritate delatam, & Galliā, An-
gliā, Scotiā, florentissima quondam Regna brevi tempore populatā;
ad extre-



us,
po-
io-
in-
er-
ci-
ore
ol-
O-
eos
e-
ri-
est
rbo
in-
ta-
vi
er-
ac
ne-
Ar-
no-
mè
rim
nt.
no-
ni-
Da-
im-
im,
tā;
tre-
au extreum alpes transcenisse & in Italiam usque penetrasse. Nam ipsam & hodie Deus mirabili sancte virtute & potentia, inter media arma & furores Satanae, in nostris terris in primis, sartam testamque conservavit, quod certe non viribus hominum sed solius Dei, qui suorum curam gerit, unicè est adscribendum.

Ex his tribus fundamentis tale formari potest argumentum:

Quaecunq; Religio convenit cum doctrina sana Patrum, vim conscientias tranquillandi habet, contra furores Satanae & mundi mirabiliter propagata, defensa & conservata est, illa est vera Religio.

Sed haec nostra est talis.

Ergo est vera Religio.

THEOREMA VI.

Falsum est Pontificiorum commentum, qui Religionem Lutheranam, & sic Augustanam quoque Confessionem incertam fallibilem, erroneam & heresiem suspectam reddere scriptis suis allaborant.

Nunquam studium maleferiatum Pseudodoctorum & impostorum defuit, quo in omnes occasiones intenti fuerunt, ut immotum illud DEI verbum, & sic quoque Religionem nostram veram & divinam, pro omni placito, blasphemis suis Strophis intorquere, invertere atq; conspurcare possint. Testantur hoc arietes pestiferi Pontificiorum, quibus Augustanam nostram Confessionem modò prælectam in Comitijs Augustanis demoliri unice allaboraverunt, ubi præcipuos eius articulos in adornata confutatione reiecerunt, damnaverunt, & præsentibus Ordinibus Imperij suspectam reddiderunt. Quid? etiam Imperator istam confutacionem ut reciperent, illaque per omnia assentirentur, à Proteris iniquis postulavit, quod, cum sine offensione conscientiae facere postulatum non possent, recusarunt. O impium & iniquissimum postulatum! Conscriptis ergo Philippus Melanchthon Apologiam, qua reddit negationis & recusationis causas, & cōfutationis Papisticæ er-

Refuta. A.
Conf. Pa-
pistica.

D
Apologie
Confessio-
rores nisi cause
Ergo.

litteris inter praecognitum excepto & ceteris, quae, sicut superius
tar recipere recusaret, tamen eam impestores hosce in consci-
entia convicisse confidimus. Argumenta ergo, ista confutatione
Papistica contenta, solidè refutata invenies in *Apologia Augustanae*
Confessionis, quæ huc afferre propter studium brevitatis opus non
est.

Aggrediar ea quæ post datam confutationem fanaticus spiri-
tus Pontificius contra nostram Religionem effinxit.

An Relig: *Incertam esse nostram Confessionem* Pontificij ex crebra mutatione
Lutherana tione concludunt, cum aliâs si *Socij & Patroni August. Confess.* de sua
& A. C. sit confessione & doctrina certi fuissent, non opus fuisset, ut toties
incerta? N. sententiam suam mutarent. Mutationem probant ex pluribus
editionibus cum prototypo non congruentibus. Quin personatus
V Volfius, Pezelius, Hospinianus & alij affirmare non sunt veriti,
mutationes istas, & cum primis Philippi, consensu omnium Pro-
testantium ipsiusque Lutheri factam esse. Duo ergo hic notanda;
1. ipsa mutatio. 2. mutationis causa.

Mutatio
A. C. du-
plex.

Ipsam variationem & mutationem quod attinet, ea duplex
est, Verborum & Rerum. Utroque modo *Augustanam Confessionem*
variatam esse affirmamus, cum adsint exemplaria hæc confirmā-
tia.

Mutatio
Verbalis.

Cont: Hist:
B. p. 564.

Priorem mutationem monstrat exemplar V Vittebergense au-
no 1541. excusum, ubi articuli fidei plus quadruplo sunt prolixio-
res. Mutationem posteriorē docet exemplar à Philippo Melanchthonē
de industria mutatum & anno 1540. V Vittebergæ excusum. Quid
testatur compellatio Electorū Saxonie, ministerio Dn. D. Brüden
facta ad Philippum anno 1541. vide etiam prefationem ad lectio-
rem editioni repurgatæ anno 1541. V Vittebergæ præfixam, ubi hæc verba
leguntur: Hæc confessio Cr. Et ita excusa est, ut multi in locis appareat
de industria depravatam esse. Neque, quod mirandum, hæc quoq;
Deravatio editio à Protestantibus revisa, purgata, & recens emissa, caruit de-
Pontificia pravatione pontifícia, cum adhuc esset sub prælo. Nam in Loci
de Conjugio Sacerdotum paragrapho Hanc igitur &c. legitur: Et res
tot a posita est in arbitrio eorum qui præsunt: cum tamen legendum, uti
quoque index erratorum docet: Nam iniustam legem abolere guber-
natores.

matores & pagini & aevi. Nos priorem mutationem, quæ mere prior in-
est verbalis, & tantum fusiorem involvit declarationem eorum, tationis
quæ succinctius in prototypo tractata, non rejicimus, cum in re rejicitur.
nulla inibi reperiatur discrepantia, quale est exemplar anno 1541.
hic editum, & saepius citatum. Exinde autem non sequitur muta-
tio quoque sensus & doctrinæ, siquidem à mutatione verborum
non licet semper argumentari ad mutationem rerum.

Posteriorem mutationem nullo modo & ratione approbamus Mutationem
sed planè rejicimus, & spuriam esse statuimus, quia neque quo- rerum re-
ad verba, neque quoad res per omnia cum prototypo congruit; juntur.
qualis est illa quæ à D. Philippo depravata & Anno Christi 1540. evul-
gata. Anteferendum autem est omnibus alijs editionibus ex Censuræ-
emplar quod Imperatori Carolo V. 1530. anno est oblatum, ad cuius ditionis
normam reliquæ editiones sunt examinandæ, & quæ in doctrinæ A. C.
Substantia convenient assumendæ, alij vero dissentientes ex fo-
ro Lutherano eliminandæ sunt.

Causa variationis sicuti mutatio ipsa potest esse gemina. Varia- Causa va-
tionis sive mutationis verbalis causa est fusior & clarior explicatio rationis
articulorum breviter in prototypo tractatorum. Cum enim duplex.
Confessio ista non tantum in usum doctorum sed etiam minus eru- Causa mu-
ditorum fuerit conscripta, necessum fuit, ut intricata minus eru- tat. verba-
ditis fusius explicitur, varietate & claritate verborum illustren- li.
tur, ut faciliori negotio doctrinam veram Aug. Confessione com-
prehensam possint percipere. Deinde ut tacite occurrere possit
quivis Pontificijs eam obscuritatis arguentibus.

Mutationis rerum multæ afferuntur causæ, quarum quædam i- Causæ mu-
psis Protestantibus, falso tamen, quædam D. Philippo & rectè qui- rationis re-
dem, attribuuntur. rum.

Prima causa, quam affingunt Pontificijs nostratibus est defe- Prima cau-
ctus certitudinis in doctrina. Ad quod facile respondendum, nos sa nobis in-
nullo modo mutationem istam & adulterinam Confessionem ap- putata.
probare, & pro genuina agnoscere, sed primâ illâ & minimè cor- Retorsio:
ruptâ: A sinina ergo est conclusio, quæ procedit ab invariata,
quam nos amplectimur, ad variatam quam rejicimus. Variata
in rebus arguit in doctrina defectum certitudinis, altera vero
summam in ea constantiam & certitudinem.

Retorsio. vero. eam non solum à Philippo, verum etiam consensu communis omnium Protestantium ipsiusq; Lutheri, fuisse adornatam. Verum hoc purum putumque est mendacium. Contrarium enim Historia & commentarij publici demonstrant: Elector enim Iohannes Fridricus per Cancellarium suum D. Pontanum de mutatione Philippum convenit, eumque acriter obiurgavit, & nisi Beatus Lutherus certis & gravibus de causis pro eo intercessisset, nullum fuisset dubium, quin longè acriori modo in eum animadvertisset. *Histor. relat.*

Causa in- sub anno. 1541. p. 563. Ex intercessione autem ista non statim con-
Lutheri. tercessionis cludendus est Lutheri cum Philippo in hoc negotio consensus. Cau-
sam ipse D: Lutherus in literis ad Electorem eo nomine missis insi-
nuat. Verba hæc sunt: Zu letzte bitten wir E. C. F. G. wollen Phi-
lippo Vnd den unsern ja nicht zu hart schreiben/ damit er nicht a-
bermals sich zu Todt grame/ denn sie haben ja die Lebe: Confession ih-
nen fürbehalten / vnd darinnen noch rein vnd fest bleiben &c. Re-
clamarunt eidem mutationi Ordines & Principes Protestantum o-
mnes. Attestantur statis Literæ Electoris ad Principes Protestantes
missæ, in quibus eos ad Conventum Naumburgensem anno Chri: 1561.
mense Decembri instituendum, vocavit. Idem VVolfgangus Princeps
Anhaltinus nobis confirmat, qui lubens de novo Augustana Confes-
sioni subscribere voluit, modo sit adhuc invariata. Ergo invaria-
tam approbavit, alteri subscribere tacitè recusavit. Attestantur
hoc Principes Luneburgenses Heinricus & VVilhelmus fratres, quin &
Repub. Noribergensis, qui omnes in conventu isto magna solenni-
tate invariata illam sanctè retinuerunt & nullam aliam agno-
scendam esse graviter decreverunt: in hanc quoque finem
subscriptionem reiterarunt: ubi Electores & Ordines Protestantum
disertè sunt testati, se illa iteratione plane nihil novi querere, sed tantum
invariata Confessionem Anno 1530. Imperatori oblatam & 1531. VVitte-
berga excusam pia concordie angenda, servanda, stabiliendaq; gratia repe-
tere. *Histor. Aug. Confess. p. 553.*

Philippus Hoc etiam cui liber patet ex ipsa restitutione Philippi, qui
restituit non tantum mutata & expuncta repetrere & resarcire, sed etiam
expuncta publico scripto, (in colloquio Ratisponensi anno 1541. instituto)
quodam

quodam, ut nonum uenit articulus adornato, verba expun-
cta ijsdem literis & syllabis, prout in prototypo extabant, recen-
sere, & testimonij loco apponere coactus fuit. Vide Contin: Histori-
æ Relæ sub anno 1541 p. 566. Ad confirmationem lege præfationem
libro Concordiæ præfixam. Quod Lutherus nullo modo in fa-
ctum Philippi & crimen falsi consenserit, ex gravi objurgatione,
qua factum Philippi improbavit, patet, & in omnem æternitatem
ex scriptis eius non poterit demonstrari, quod mutationem illam
criminosam nullo modo approbaverit. Vide Hist. Au. Con. fol. 306.

Lutherus
non consen-
sit.

Alteram causam dicit VVolfius esse dogma transubstantiationis propter Secundæ
quod Confessio emendatione opus habuerit. Sed hoc est falsissi- causa nobis
mum & nugatorium. Ubi enim in invariata Confessione dogma imputata.
de transubstantiatione Papistica assertum? Articulo 10. contrari- Retorsio.
um docet Formula Concordiæ, in quo transubstantiatio rejicitur, Form. Con-
quæ formula ad normam quoque Augustanæ Confessionis scripta est. cordiæ cum
Id quod testantur ij qui eam concinnaverunt, qui sanctè promise- A.C.conve-
re, se juxta Confessionem Principum Evangelicorum in omnibus articulis nit.
sentire & docere; quod etiam ex singulorum articulorum collatio-
tione est manifestum. Ubi quoque in Lutheri scriptis & delineatione Confess: August: ulla huius erroris particula invenitur?
contrarium scripta eius attestantur. Vide Histor. Relæ sub anno 1530,
ubi citatur responsio data Papicoli aus der Auslegung des ersten
Buchs Mosis p. 38. Item ibi Lege Literas ad Christianos Fribergenses fol. 327. Consolatorias ad Lipsenses fol. 381. 382. Literas ad Oscha-
tienses fol. 398. plura loca vide eodem in libro p. 721. Addo & hoc
quod in illa accurata deliberatione anno Christi 1537. instituta, &
conventui Smalcaldice præmissa, deputati Doctores nihil mutan-
dum aut rejiciendum judicarunt. Luth. Tom. 6. Ienen. p. 509. Rege Regerunt
runt, quosdam mutatam Confessionem admississe. Resp. Verum hoc Pontificij.
esse, idque factum, 1. quia nondum de occultâ illa corruptione Respon:
Philippi constabat. 2. Illi publicè attestati sunt se eam eatenus re-
cipere, quatenus in ipsis rebus planè cum prototypo conveniat:
semper tamen invariata variatæ fuit prælata. Ex quibus omnibus
Sole meridiano clarius, est Protestantes nunquam mutationem ador-
uisse neq; in eam consensisse.

D 3

Philippum



Autor mu- *Philippum Melanchthonem autorem & causam mutationis rerum
tationis re-* perversæ fuisse nullum amplius est dubium. *Causas autem impulsivas*
rum. *Causa pri-* *Quidam dicunt Philippum per literas cuiusdam*
causa dubia. *Principis fuisse incitatum, ut quædam mutaret, quo pluribus sub-
scribendi ansam daret, & hæc Confessio plurium suffragio & ap-
plausu muniretur.* *Sed qualis hæc impulsiva, quæ bona reddit*

Respon.

**Causa se-
cunda vera**

**Probatio
Responsio
dura Phi-
lippi.**

**An Rel. Lu-
th: sit falli-
bilis?**

**Objectio,
Respon.**

**Quæ editio
mutata.**

*deteriora? Non facienda sunt mala ut inde eveniant bona: Neque ipsi
mutare fuit integrum, cum non sua sed Ecclesia esset confessio.
2. Vera causa mutationis fuit favor Zwinglianorum, in quorum
gratiam & commodum antithesin ipsis directè oppositam, in do-
ctrina de Sacramentis; Et improbant secus docentes, delevit, quæ
non rancum Anabaptistū, in quorum gratiam certè ne literam mu-
tasset Philippus, sed ipsos Zwingianos quoque à consilio Augustanæ
Confessionis Protestantium excludit. Hoc facile colligitur ex
responsione dubia & dura Principi Anhaltino Georgio data. Man-
solle jhn nur hinaus lassen so wolle er den Waß gar den Boden auf-
stossen. Quo totum Palatinatum aliasque Regiones atque ita innu-
meras animas, cum in ipsis responso & iudicio in controversia de
Cœna acquiescere decrevissent, miserè perdidit, & Calvinismi virus
ipsis instillavit uberrimè.*

*Fallibilem dicunt nostram Religionem Lutheranam Pontificij
& alij, quia Confessio cui inclusa est, sit fallibilis, possitq; certò neq;
nobis neque alijs constare, quodnā fit inter tot mutata & variata
verum & genuinum, hoc est authenticum, exemplar. Respon. In-
gens hoc est mendacium, quod vel denominatio ipsa confun-
dit, ubi Augustana dicitur. Ergo illud est verum & genuinum ex-
emplar, quod Augustæ Vindelicorum Imperatori Carolo quinto in Comitijs
anno 1530 fuit oblatum. Deinde licet, quidam mutatam admise-
fint, autoritate Philippi decepti, uti nuper ostensum, tamen
eam non alia ratione, quam quod putaverunt consentire cum
prototypo per omnia, acceptaverunt. Tertio: Qui non possit
certò nobis constare de vero & genuino exemplari, cum tantum
Latina editio à Philippo & subsequenti tempore ab alijs fuerit va-
riata; Germanica vero, Gallica, Italica, Hispanica, Anglicæ, & ex La-
tina invariata translate manserunt incorruptæ. Tandem ipsum
exemplar*



exemplar priuilei, cui protestantes iudicierunt, quoaque Imperatori obtulerunt, adhuc in Archivis Imperij asservatur. Quæcunque ergo editio ratione verborum, cum prototypo congruit, illa certè fallibilis esse nequit: etiam si semper primam reliquis anteferamus.

201.1 Erroneam esse Religionem nostram Lutheranam & hæresem suspectam pluribus Pontificij conantur demonstrare argumentis, ex quibus potiora afferam & eorum infirmitatem demonstrabo.

201.2 Tannerus in Luther, sive parte prima *Anatomie Confessionis Augustanae* decem argumentis ab ipso Luther desumptis acriter & Satanice contra Religionem nostram Luther: pugnat, quibus eam nulla fide sed potius execratione dignam (ut loquitur in titulo libri dicti) esse, probare conatur. Quætamen partim sunt mendacia, partim calumniæ; & ex ipsius Lutheri vita sequenti Theoremata delineata, atque scriptis dextrè intellectis pleneque citatis; ea facilitate qua prolixa etiam refutari & annihilari possunt, capropter illarum exenteratione & repulsione hic superseedeo; accedit & hoc, quod primaria in sequentibus simul attingantur.

201.3 Gregorius Valentinianus in *Analyse de Ecclesia parte*. 2. trimembre nobis objicit argumentum. 1. Auditores nostros nostrâ Religionem ab Ecclesia catholica abduci. 2. Nullo nos firmo arguento ad veritatem, in tanta doctrinarum varietate cognoscendam, nisi posse, nisi ad Ecclesiam redeamus: Pontificiam putam. 3. Quod perniciossima ista opinione desperationi, à qua non longè absimus, ansam demus. &c.

201.4 Respondeo, ad I. Phrasis Ecclesia Catholica duplice potest summi Respo. ad I. sensu, vel Papistico vel Christiano. sensu Christiano & proprio idē Phra: Ecce est, quod cætus hominum amplectentium veram totam & incorruptam clesie Catharinam Prophetarum & Apostolorum consensumq; illum fidei sarcum tholice dudicatumq; conservantium, & defendantium. Papistico vero est quæ per totū plex sensus orbem est diffusa, extendit se ad omnes gentes & omnia regna. Hæc falso Christiano dicitur Catholica quia dæst universalitas interna, quæ principaliis est, nēpe universalis convenientia doctrinæ cum Scriptura Sacra. Falsitas demonstratur.

An Rel: La-
tb: sit erro-
nea.

Object:

Object: Tri-
membris.



De posteriori ergo in ierino en concedimus, abducit. R.ugio
stra à tali Ecclesia Catholica, quia falsa est, uti nuper ostensum
videatur plenior informatio in Consultatione catholica Admod. Rev. D^r
Præsidū part. I. Si de posteriori, negamus, & contrarium ex Confes-
sione nostra ad oculum demonstramus.

Resp. ad II. Ad II. Respon. Purum putumque esse mendacium. Nam 1. nos
non habere certum doctrinæ genus falsum est. Quid enim nostra
Confessio, Apologia & Formula Concordia aliud, quam Symbolum no-
stræ Ecclesie, & delineatio fidei nostræ & doctrinæ. 2. Non statim
illa Ecclesia est hæretica in qua schismata quædam oriuntur; alias
Ecclesia Corinthiaca quoque fuisset hæretica in qua sæpè fuerunt
rīxæ. I. Cor. I. 13. Namque oportet hæreses esse I. Cor. II. v. 19. 3. Quia ne-
cessitate homo ad Ecclesiam falsam, qualis est Pontificia, accede-
re cogitur? Ecce ineptias.

Resp. ad III. Ad III. Responsum est supra, & contrarium satis demonstra-
tum; purum ergo & impudens quoque est mendacium.

An Religio Alij Pontificij dicunt: Nostram Religionem Lutheranam esse
nostra sit novam à Luthero demum inventam, & proinde falsam. Stapleto: in
nova? N. Relectio: Scholastici & contr. I. de Ecclesia art. 2. q. 5. p. 130. Tannerus in Anas-
tomia. p. 71. Lessius in Consultatione &c. Respon. Novam esse nostram
Novum du Religionem negamus. Nam novum aliquid dupliciter dicitur
pliciter di. vel ratione doctrine vel temporis. Neutro modo nostra Religio no-
va est. I. Quia per omnia, uti supra Theor. 5. ostensum, cum
Verbo DEI concordat, quod est antiquissimum, illudque nil est a-

Rel. Ponti- liud quam norma nostræ Religionis: Quicquid ergo cum ea con-
ficia est venit, & ex ea desumptum est, illud de antiquitate etiam ratione
nova. doctrinæ participat. Quicquid ab ea dissentit, ut Pontificia

An à Lu- Religio, illud novum est. II. Non demum à Luthero sicut con-
thero con- fecta & proposita, sed ea est illa ipsa doctrina quam Christus do-
ficta? N. cuit Apostolis, quam prædicavere Apostoli, quam eorum successo-
res, pijs Doctores in aliquibus per universum orbem locis, jam inde
ab Apostolorum tempore prædicaverunt, quæque in medio Papa-
tu salva in fidelium cordibus permansit, ubi quidem pressa fuit,
sed non oppressa. Sicut eleganter & piè ait Tertulli: l. de præscript.
ad ver: hæret: Incedendum est in ea regula, quam Ecclesia ab
Aposto-



APOLLOIS, APOLLOI A CHRISTO, CHRISTUS A DEO tradi-
dit.

Si de novitate priori loquuntur Pontificij, petimus proba-
tionem; si de posteriori: Respon. infirmam esse argumentationem,
quaे tantum desumitur à nuda temporis antiquitate, sine respe-
ctu ad convenientiam cum antiquis scriptis Prophetarum & A-
postolorum, si quidem talis antiquitas non est vera doctrinæ ve- *An antiqui-*
ræ nota, sed potest etiam competere mendaci doctrinæ Diabo-
licæ, quaे statim in Paradiso insonuit & ab omnibus seculis hæreti- *tas temp:*
fit nota ve-
ci suas superstitiones & errores specioso antiquitatis titulo pal- *ra Eccle-*
liare & confirmare consueverunt. Tandem aliud est novitas ve- *siæ N.*
ra, quam negamus de nostra Religione, aliud est novitas apparens, Aliud novi-
quam, cum adversariorum obduratas & obthuratas mentes præ- *tas vera &*
conceptasque opiniones respicimus, ex parte concedimus, cum liud appa-
nolunt videre quaे sunt in aprico, unde non mirum quod reno- *rens.*
vationem pro novitate habent. Hoc latius deducit & firmissime
probat *Adm. Rev. Dn. D. Meisn. in Consulta. Catho. part. 3. art. 1.*
p. 331.

Stapletonus citato loco conatur probare novitatem Religionis Stapletonis
ex nostratium confessione, quando ait p. 130. Quum primū fieret probatio.
missæ abolitio anno 1521. dubitante Fridrico duce Saxoniæ, an à tam pau-
cis id fieri deberet, responderunt Magistri Lutherani: Quod numero supe-
rentur nihil esse novi; semper inde à condito Mundo majorem hominum
partem restitisse veræ doctrinæ. Facilis autem est responsio. Repulsi.
Nam paucitas fidelium non tollit fidei præstantiam, neque in-
volvit doctrinæ novitatem, quia paucitatem hanc confitetur
Christus ipse Matth. 7. v. 13. Non enim consistit doctrinæ antiquitas
& veritas in numero & multitudine amplectentium, sed in con-
stantia & fidelitate credentium. Huc respicit allegoria Esa. c. 1. v. 8.
& cap. 6. v. 13. Reliqua quaे affert leviora sunt & nullius penè mo-
menti.

III. Religionem nostram Luthe: esse Diabolicalm mentiuntur, e-
aque Lutherum à Diabolo accepisse. Tannerus in *Anatomia A. C.* *An Luth:*
Demo: 6. Serarius in Lutheri Nachtlicht per totum Uterq; hoc probare Religio sit
nititur ex propria cōfessione Lutheri. Pauca allegabo ex isto libro Diabolicae

E

Diabo. N.



Proba. Serarij.

Respon.

**Explicatura
Verborum
Lutheri.**

**Tale est illud ex cap.
12. Collo:
Kath.**

Diabolico plane, ad cuius lectionem mens pia obstupefit, Serarij, nempe aus den Nachtwicht Lutheri/ ubi probatio theses patitur desumitur ex Tom. 6. Ienen. à pag. 479. ad 480. & quidem ex his verbis Lutheri: Ich D. Mar. Luther bin einmahl zu Mitternacht auferwacht/ da sing der Teuffel mit mir in meinen Hertzen eine Disputation an. Ex his colligit. Aus deinen eignen Mund urtheile vnd richtet ich dich du (Luthere) schalkhaftiger Knecht. Ecce qualis argumentatio pro assertione theses? Ex his certè nil aliud sequitur, quam Lutherum à Diabolo fuisse tentatum, & cum eo disputasse; quomodo autem hæc quadrant ad probationem conclusionis? Ergo Religio Lutherana à Diabolo est, quia cum eo disputavit & ab eo fuit tentatus.

Contrarium potius exinde concluditur. Nam disputantes sunt dissentientes. Allegata verba explicat membratim Serarius p. 13 post. 7. demonstrationem, quæ explicatio certè mendacijs, calumnijs & nugis scatet, ac proinde non tam refutatione quam explosione digna. Quædam piè elector perpende in glossa p. 20 super verba Lutheri: Hie brach mir warlich der schweis auf/ das Herz begunt mir zu Zittern vnd zu po-

chen. Gloss: Erkennet vnd bekennet doch einmahl ihr lieben Lutheri- lud ex cap. 12. Collo: Resp. Neim dich Bundeschuch. Retorqueamus collectionem. Ermenfa. der kennet doch vnd bekennet ein mahl ihr Papisten/ daß das Papistische Zeuffel concludiren sey vom Teuffel angesponnen. Ratio, quia occæcati estis schläfst viel furore Diabolico. Num etiam discipulus toro pectore abhor mehr bey ret à doctrina quam appetit? absurdum. Perpende simul Papista mir/ denn verba Luth. p. 482. Besser kan der Teuffel lügen/ denn sonst kein lüben mei- gner/ vnd Künstlicher weder kein Mensch verstehen kan. Hat es nun ner: Kä- D. Luther für lügen gehalten was er jhn objicirt, Wie kan ers denn für eine wahre Lehre haben angenommen. Clansulam disputatio- nis Serarius falsariu omittit, quæ est: Tandem confirmavit me suis ver- bis Christus: ut iam non tremat nec palpitet, sed insultet cor meum his Pa- pisticis argumentis. Ergo has tentati animi insultationes fortiter & heroicè superavit. Quid ad hæc Papista? quomodo tibi placet ista? Legas cum stupore reliqua dicti libri scommata & nugas: Et etiam si in mortario omnia contuderis, tamen nihil aliud expri-

mes



nem eum adigere conabatur, & aperte videbis, nihil aliud posse
concludi quam temptationibus ipsum fuisse afflictum, quæ non a-
postatam, sed fidem Christi servum arguunt. *Iacob. i. v. 2. & 12. 1.*
Pet. i. v. 6. 2. Ep. 2. v. 8. Heb. 2. v. 18. Syrac. c. 2. v. 1. & seq. Esa. 28. v. 19. Consu-
le Hyperaspistem Lutheri Ad. Rev. Claris & Excell. D. Balduini contra ma-
ledicam Serarij Orationem latinam.

III. Dicunt: Nostræ Religioni addictos falsa dogmata imponere III. An fal-
adversarijs. Resp. 1. Hoc nondum est probatum. 2. Distinguo sa impona-
inter id quod revera est, & id quod tantum obthuratis & occæca- mus dogma-
tis ita esse apparet. Si enim sua dogmata ad normam Sacrae scri- ta adversa-
pturæ sine præconcepta opinione exigerent, ipsi certe Pontificij rjs?
errores agnoscerent suos, & cognoscerent, à nobis ipsis non fieri Respon.
injuriam. Removeant igitur vera fide & pjs precibus velamen
quod posuit Satanus super cor ipsorum, postea iudicent. 3. Non
sequitur, quidam falsa dogmata imponunt adversarijs, ergo Reli-
gio eorum est suspecta. Quod enim ab uno aut altero fit (*posito*
quod factum sit, non autem concessio) ex fervore & imperitia, non debet
trahi in præiudicium totius Religionis. Sicut enim ex vitio artifi-
cis non statim ars aliqua alioquin bona redditur vitiosa, & mala:
ita ex vitio Doctoris Religio non redditur vitiosa & suspecta.

IV. In nostra Religione non habetur & auditur Ecclesiæ Catholice IV. An in
per omnes etates consentiens in Scripturis interpretandis & rebus fidei de- nostra Reli-
clarandi magisterium. Ergo Concludunt est falsa. Respon. Ecclesiæ audiatur
magisterium circa dirimendas controversias dupli sensu potest Ecclesiæ Ca-
acci, vel Papistico vel Lutherano & vero. Papistico potest accipi tho: Magi-
sensu pro absolutè necessario requisito, sine quo ex Scripturis fi- sterium.
des sufficienter nec possit cognosci, nec controversia determina- Ecclesiæ
ri. Vide Stapl: Rele: Schola: de Eccle: controv. 4. q. 1. art. 1. 2. & 3. Sensu Lu- magisteriu
therano potest accipi pro magisterio informationis iuxta Scriptu- habet duos
ram sacram quæ unica norma est fidei, quod Doctores Ecclesiæ exer- sensus.
cent erga imperitos & ineruditos, quorum est officium de con- Papisticus.
troversijs ex Scriptura judicare, Deut. 17. v. 8. preciosum à vili di- Lutherang
scernere 1er. 15. v. 19. imperitos erudire ad iustitiam, Dan. 12. v. 3. Sensu
posteriori negamus magisterium tale Ecclesiæ à nostra Religione ab-
esse,

*Iudex tri-
plex contro-
versiarum.*

enc, & ad ipsam provocatus experientiam ; tenui posteriori
Papistico non necessarium esse iudicamus. siquidem Scriptura sa-
cra est unicè verus & legitimus iudex controversiarum, Psal. 119. v.
105. *Lucerna pedum nostrorum Verbum tuum Domine* 2. Pet. 1. v. 19. 2. Tim.
3. v. 15. 16. 17. Gal. 1. v. 8. Ecclesia est ministra ; quomodo ergo Scriptu-
rae sacræ dominabitur. Judicium proinde absolutum illi nullo
modo concessum , sed restrictum ad Sacram scripturam. Nam
Spiritus sanctus fert judicium de controversijs περιτως, est enim ju-
dex principalis & absolutus Heb. 8. v. 10. Scriptura sacra νανωνως,
quia est iudex organicus & directivus 2. Tim. 3. v. 17. Minister Ecclesie
διανοιως, quia est tantum judex ministerialis Ier. 15. Exinde con-
cluditur : Magisterium Ecclesie Papisticum in Religione vera nullum
esse, neque in decidendis controversijs vel minima ex parte lo-
cum habere posse.

V. An Lut : V. *Somniant Religionem Lutheranam non esse ratione originis Apo-*
Reli: sit A- stolicam. Respondeo. Quid per Apostolicum originem intelligent
postolica. patet ex alia objectione, qua docent, in nostra Religione non dari
successionem Pontificum à Petro inchoatam & per tot secula
continuatam &c. Stapletonus Relect: Princ: fidei contr.: de Eccl: art. 2.
q. 5. prob. 10. & 11. Volunt nempe non originem 1. respectu doctrinæ
quæ ab Apostolis tradita ; nec 2. respectu Ministerij ; sed 3. respectu
personarum in continua successione : Quod aperte explicat Staple-
tonus dicto loco. q. 5. art. 3. prob. 6. dicens : Romana Ecclesia sola est Aposto-
lica, propriè & principaliter, quia Petri sedem ex continua successione et-
iam hodie tenet. Respon. 1. Est petitio principij : nulla quoq; est
consequentia, argumentari à continua successione personarum
ad veritatem Religionis. Potest enim ea esse communis pluri-
bus hæreticis & falsis doctoribus. Exem. Pharisei & Scribæ longo
ordine in Iudea sibi invicem succedebant, & in Cathedra Mosis se-
debant Matth. 23. v. 2. Ergone ipsorum doctrina erat exinde vera ?
contrarium afferit Ioh. c. 5. v. 45. cap. 10. v. 8. 2. Etsi per omnia strictè
non possit talis successio personarum aperte in nostra Religione
monstrari, tamen exinde non sequitur successionem tales defe-
cisse. Nam Ecclesia sæpè premitur & afflictionibus ipsius facies
obscuratur. Affer ea quæ supra Theoremate V. propè finem dicta-

Respon.

Exemplum

bus. Exem. Pharisei & Scribæ longo
ordine in Iudea sibi invicem succedebant, & in Cathedra Mosis se-
debant Matth. 23. v. 2. Ergone ipsorum doctrina erat exinde vera ?
contrarium afferit Ioh. c. 5. v. 45. cap. 10. v. 8. 2. Etsi per omnia strictè
non possit talis successio personarum aperte in nostra Religione
monstrari, tamen exinde non sequitur successionem tales defe-
cisse. Nam Ecclesia sæpè premitur & afflictionibus ipsius facies
obscuratur. Affer ea quæ supra Theoremate V. propè finem dicta-

sunt

citur juxta principalem significationem, quia per omnia cum *quomodo* Apostolorum doctrina in N. T. comprehensa concordat, & in ea *Apostolica* fundata est, qua ratione Pontificalia talis dici nequit. Probatum hoc superius Theoremate V.

VI. Pluribus solent nostram Religionem Pontificij exagitare VI. *Aliæ* scismaticis, & ferire fulminibus, quæ tamen omnia vana sunt Obje- ludibria, & vel millies à nostratis profligata : qualia sunt. *De miracu-*
l. *Quod non confirmetur miraculis.* Resp. neque hodie opus est, lis.
cum miraculis Christi & Apostolorum satis fit confirmata. *Respon.*

2. *Quod non agnoscat primatum Petri.* Resp. Neque super Petrum *De Prima-*
sed super petram Christum ædificata est Ecclesia, cui petræ no- *Petri,*
men in Scripturis attribuitur. *Esa. 26. v. 4. Matth. 7. v. 24. Actor. 4. v. 11.* *Respon.*
Rom. 9. v. 32. aliâs fundamentum Ecclesiæ Petrus abnegasset Caput
Ecclesiæ Christum, quod ridiculum & absurdum. 3. *Quod non Convenit* cū
conveniat cum doctrina Patrum. Resp. Impudens hoc est mendacio- *Patribus.*
cium, cum Patrum dicta intelligis ea quæ cum Verbo DEI concor- *Respon.*
dant; vide supra Theor. 5. 4. *Quod sit i. profecta à Luthero.* 2. *Apo-* *A vita Lu-*
stata. 3. *Bibliomastige.* 4. *Pseudopropheta.* 5. *Infami.* 6. *Luxurioso.* 7. *theri Obje-*
Ebrioso. 8. *Libidinoso.* 9. *Superbo.* 10. *Maledico &c.* Tannerus in Ærio.
Anatomia per tot. Serarius in Luthers Nachlicht passim. Lessius in
Consulta: Respondeo breviter ad 1. falsissimum est nostram Re- *Respon:*
ligionem à Luthero tanquam prima origine fuisse profectam:
Consule Theor: 1. Ad reliqua Resp. 1. In genere. A vita doctoris ad
religionem non valet consequentia. Sicut enim non procedit
argumentatio, à bonitate vitæ ad bonitatem Religionis, cum &
hypocritæ de vitæ sanctimonia sint solliciti ita multo minus à pra-
vitate vitæ ad falsitatem religionis. Quia & David fuit adulter
& homicida 2. Sam. ii. non tamē exinde eius scripta & doctrina fuit
vitiosa. 2. Impudentissima sunt mendacia, uti ex Theoremate se-
quenti manifestum erit. Non diffireremus eum fuisse peccatorem,
sed ab atrocibus crassisque sceleribus, qualia ipsi imputant, im-
muniem. Specialem refutationem singulorum habes in Consulta:
Catholice Antilegio Adm. Rev. & Excell. Dn. D. Meisneri parte 3. Rat. 5.
p. 407.

Beatus Lutherus initio monachus ad prædicationem verbi ordinariè & mediæ vocatus, postea in conscientia de erroribus Pontificiorum convictus, veritatem Divinam agnovit, ad reformationem Ecclesie singulari Spiritus sancti instinctu excitatus est, scriptis suis planè divinis semel omniam veritatem caelestem alijs explicavit, longè lateq; propagavit, & masculè defendit, in qua usq; ad extremum vitæ hali- tum constanter permanxit.

Cum in memoria sempiterna futurus sit iustus ψ. n^o. v. 6. etiam fama B. Lutheri contra calumnias Pontificiorum in hunc usque diem salva permanxit. Quare cum hactenus s^æpius mentio vitæ & Scriptorum eius facta fuerit, visum est brevem vitæ eius delineationem subjicere. Ut autem à termino nativitatis fiat exordium; natus est Beatus noster Lutherus Anno χ^e15070: I^ag 1483. Islebij 10. Nov. hora noctis 10. Parente ^ouorūm, Matre Margaretha, parentibus certè honestatis & pietatis studiosissimis, qui sequenti die Martino sacrato filium suum per Baptismum Ecclesie inseruerunt: postea Islebio relicto Mansfeldiam sese contulerunt, ubi in honestis disciplinis bonisque moribus Filium partim privatis partim publicis laboribus informarunt, cumque bona indoles in eo præluceret, fidei Iohannis Reimken creditum, Magdeburgum ablegarunt, ubi cum vix per anni spaciū commoratus esset, de feliciori & commodiori occasione ad studiorum continuationem fuit sollicitus, quam cum putaret in Schola instructiore Isenacensi se posse adipisci, illam accessit, & per quadriennium frequentavit, ubi fundamenta artium liberalium satis feliciter posuit, quare circa annum 1503, ad Academiam Erfurdensem missus, suasu & hortatu amicorum & agnitorum adductus, animum studio Iurisprudentiae addixit, ubi quoque cum laude insignia & privilegia Magisterij anno ætatis 20. consequutus est.

Verum cum ex instinctu divino putaret se studio Theologico commodius posse inservire Ecclesie quam Iuridico, consilium, etiā impro-

Nativitas
Lutheri.

Educatio.

Præceptor
Lutheri.

Vita Aca-
demica.

Stud.Iuris.

Pron: in
Magistrū.

Stud:Theo-
logie.

improbantibus Parentibus & cognatis, in mundano splendore
magis hærentibus, mutavit, & cum sodalis quidam eius, confos-
sus gladio, in Augustiniano ordine post se reliquisset locum, ultrò
eum occupavit, & monasterium ingressus est. In illo totus evol-
vendis Bibij sacris insudavit, & scripta Augustini volvit & revolvit,
studio Monachi alicuius grandæ vi sælices in Sacris fecit profectus,
articulumque de Iustificatione hominis peccatoris coram Deo ex dili-
genti lectione & meditatione Epistolarum Paulinarum cognovit
atque didicit. In hoc vitæ monasticæ genere quadriennium &
quod excurrit consumsit, Accidit autem ut Fridricus dux & Elec-
tor Saxonie cognomento Sapiens, ex Liepensi & Tubingensi Acade-
mij, Witteberg. Anno Christi 1502. 18. Octob. Academiam funda-
ret, atque opera Viri Excellentissimi Iohannis Staupicij institueret,
qui cum insignem in Theologia eruditiouem & profectum Lutheri Vocat: Lu-
cognosceret, anno 1508 eum Wittebergam ad Professionem Theo- the:adPro-
logam vocavit, ubi singularia Dei dona in eo sese exerebant, ita fess: Theol:
ut ob singularem spiritum & ingenij excellentiam à D. Martino
Mellerstadio Med: Profess: Publ. & primo Academæ Rectore omnibus Primus Re-
cum admiratione ad miraculum usu commendaretur. Hoc post. Ætor Academæ
quam Electori Fridrico innotuit, illiusque excellens ingenium ver- mia.
borumque gravitatem, vim & energiam in Concionibus non si-
nè admiratione cognovit, sumtibus suis circa annum 1511. insi-
gnia & privilegia Doctoratus ipsi offerri curavit. Demandaba- Lutheri
tur ipsi officium publicè Epistolas Paulinas interpretandi, quod se. Doctoratus
reno suscepit vultu, siquidem illarum meditatione vehementer Officium.
delectabatur. Orsus ergo est explicationem Epistolæ ad Romanos,
in qua simul errores de bonis operibus & externa sanctimonia
singulari dexteritate refellit, meritum Christi solùm pro pecca-
torum expiatione sufficiens esse docuit, & ex Scriptura, tanquam
norma fidei unica, probavit.

Anno Christi 1517. Leo X. Pontifex Romanus Iohannem Tezeli-
um, Dominicanum, literis & diplomatibus, in quibus virtutem in- Tezelij e-
dulgentiarum latere docuit, per omnia regna emisit, ijsque salut missio.
tem æternam & omnium peccatorum expiationem pecunia eas-
ementibus sanctè promisit, hic Francfurti ad Viadrum diplomatu-
horum

Monacha-
tus.

Fundatio
Acad:VVit-
tebergensis



Refut : Te-
zelij indul-
gen:

Citatur
Romam.

Refutat
multas di-
sputatio-
nes.
Proscribi-
tur.

Combustio
Librorum
Lutheri.
Combustio
juris. Pont.

Sicut venditionem & villicem levitatem patimur proclama-
vit, eoque dementiae processit, ut affirmare non dubitarit, a-
nimas ex purgatorio, statim eo momento quo nummus in ar-
cam projectus insonare inciperet, liberari, a peccatis omnes ab-
solvi, immo & atrocissima quaque peccata, etiam si quis Mariam
virginem stuprasset, horum diplomatum virtute posse expiari.
Hos omnes errores absurdissimos & palpabiles *Lutherus* divino
plane zelo ardens concionibus suis, scriptis & in primis themati-
bus 95. in forma disputationis contra Tezelij indulgentias & pur-
gatorium Wittebergae publicè affixis & promulgatis masculè op-
pugnavit, & singulari felicitate expugnavit.

Inter has disputationes *Lutherus* à Pontifice dicto authorita-
te & induxit Electoris Romam 1518. citatur, ut ibi rationem the-
matum evulgatorum redderet. Cum autem iter cum præsen-
tissimo vita periculo esset conjunctum, effectum est atque man-
datum, ut Augustæ apud Cardinalem Cajetanum Papæ legatum se-
sisteret. A quo, cum nihil nisi revocationem doctrinæ, apolo-
gia neglecta, postularet, & vita pericula tentaret, ad Pontifi-
cem, suos amicorum, appellavit; quod ægrè ferens Cajetanus
hortatur Electorem, ut *Lutherum* vel Romæ Pontifici traderet, vel
è finibus pelleret; quam tamen accusationem excusatione legitima
Lutherus annihilavit.

Posthæc multas disputationes, ut Eccij & aliorum pro au-
thoritate Papæ defendenda institutas solidè refutavit. Anno 1520.
propter oblatum Leoni Papæ librum de libertate Christiana hære-
ses accusatur, damnatur, & proscribitur; qua iniuria excitatus,
ut longè alacriori spiritu sedis Romanæ impietatem impugnaret.
Hoc ipso anno mense Novembri Papa duo ab Electore petiit, ut li-
bros *Lutheri* comburi iuberet, eumque vel capite plesteret, vel ca-
ptivum Romam mitteret. Quas petitiones Elector ut iniquas &
iniustas rejiciendas putavit. Existi nihilominus sunt libri *Luthe-
ri* in Coloniensi & Lovaniensi Academia, quod ubi *Lutherus* cognovit,
par pari retulit, convocavit Studiosos Wittebergenses, & in ma-
gna præsentia doctorum virorum Jus Pontificium, novumque
Pontificis decretum combussit.

Anno



sum, ad rationem fidei reddendam profectus est: paulo post. Maij am profi-
à Casare proscriptus est. Quare vitandi periculi causa Fridricus Ele- ciscitur.
Etor Lutherū in locū quēdam secretiore & ab hominum frequentia Proscribi-
remotiorem dēduci, ibiq; conservari curavit, in quo Pathmo suo tur.
varias epistolas & libros de abrogāda Missa privata, & dehortato- Pathmus.
rios ab indulgētiarū errore ad Archiepiscopū Magdeburgēsem scripsit.

Anno 1522. multi potentes & eximii viri scriptis Lutherum
eiusq; doctrinam, sed irrito planè conatu, impugnaverunt. Ipse
enim gravibus scriptis illa omnia retorsit, & cum Melanchthon
paulo post Müntzerum à proposito nefario dehortatus est: Et
cum haec tenus ex sacris literis doctrinam de statu Matrimoniali satis
explicasset & confortasset, ipse anno 1525. Virginem nobilem Carha-
rinam à Born monacham Monasterij quod Olympisch dicebatur, quæ
ante duos annos à vita monastica per civem quendam Torgen-
sem Leonhard Koppen una cum octo suis sororibus liberata erat,
in uxorem duxit, quæ ipsi præsentibus honoratis personis in ædi-
bus Ambsdorfianis solenniter copulata est.

Anno 1529. post disceptationem cum Zwinglio de Cœna Mar- Confessio
purgi Heslorum institutam, fidei suæ plenam & claram confes Lutheri.
sionem edidit, in qua usq; ad extremum vitæ spiritum divino
adjutus auxilio constanter permanxit.

Purum ergo putumq; est & impudens meudacium, Luthe- An adeo fu-
rum per vitam suam in crassiorum atrorissimorumq; scelerum erit impius.
cœno se volutasse, eoq; multos pessimè scandali zasse. Diversissi-
sum historiæ testantur. Affirmant Pontificii, sed contra con-
scientiam, ex mero odio, firmaq; probatione destituuntur; et-
iamsi testes producant, tamen fallunt in propria causa; nullum
quoq; tam impudens mendacium est, ut teste careat. Erasmus de
Lutheri l. ii. Ep. i. Hominis vita magno omniū consensu probata.

De ministerio Lutheri quod Pontificii arrodunt, & illegiti- Ministeri-
mum esse affirmare non dubitant, pauca afferam. Negant ipsi um Luthe-
Lutherum fuisse a Deo vocatum, & ad opus reformationis legiti- ri.
mè missum, ac proinde ministerium ejus origine divinum non
esse. Respon. 1. Hoc nondum est probatum, neq; firmis ratio-
nibus probari poterit. 2. In Lutheri vocatione duo consideran-

est supra eum anno Christi 1508. à Staupicio Wittebergam ad Professionem Theologicam esse vocatum, à Magnifice Redore Melterstadio studiosis & populo commendatum, & ab Electore Fridri- co confirmatum: postea anno 1517. incepisse ex instinctu planè divino reformationem Religionis. Primum ergo quod in con- siderationem venit est Vocatio ad Professionem Theologicam & Prædi- cationem Verbi d'vni. Alterū missio divina ad reformationem Religionis.

Vocatio ad prædicatio- nem Verbi.

Juxta pra- xin Aposto- licam.

Adrefor- mationem.

Utrumq; legitimò modo factum esse negant. Respondeo ergo, *Vocatio ad docendum verbum D'E* I fuit ordinaria & mediata. Vocatus est, ut modo dictum, ab Electore per Dn. Staupicium ad Professionem; ordinatus ad prædicationem doctrinæ Apostolicæ & Propheticae; publicè renunciatus & authoritate publicè docen- di donatus, cum insignia & privilegia Doctoris ipsi offerrentur. Ergo juxta praxin Apostolicam vocatus est. 1. A Pastore præmisi- so maturo judicio & censura ordinatus. 2. A populo receptus. 3. A Magistratu, puta Electore, confirmatus. Licet autem à pa- picolis ea fuere peracta, non tamen vocationem tollunt vel la- bescant, cum potior sit habenda ratio officii quam personæ, & doctoris vitium non arguat officium. Non quoq; factus est per- jurus oppugnando doctrinam Romanam, quam tamen propa- gare illiq; adhærere juramento promiserat. Nam 1. hoc erat contra Deum & conscientiam. 2. auferebatur superiori, quod ve- lit tueri doctrinam Apostolicam, cum qua Romana pugnabat. 3. Obtemperandum erat Deo magis quam hominibus.

Missio ad reformationem Ecclesiasticam ordinaria per omnia non fuit. Nam nullum est dubium, quin singulari instinctu Spiritus sancti per lectionem & meditationem Verbi studiosam & devo- tam, Lucernâ illâ veritatis fuerit illuminatus, & ad opus reforma- tionis Ecclesiasticæ & repurgationis à cœno & fermento papisti- co excitatus. Hoc confirmat 1. Doctrinæ cum Verbo Dei per o- mnia consentientis prædicatio. 2. Potentissima contra Pontifi- cios defensio. 3. Pontificiorum obstupefactio. 4. mirabilis & in- sperata dilatatio. 5. Felicissima propagatio, & ad nos usq; con- servatio. 6. Apostolica prædictio. Apoc. II. v. 3. & 14. v. 6. Vide Apo- calyptin D. Dan. Crameri citatis locis.

Restat



fiorum impudentia mendacia tanta sint, quanta possint esse *Lutheri*.
maxima, quibus eum toti orbi Christiano suspectum reddere al-
laborant: ut ergo ipsorum calumniæ confundantur, succincta
brevitate nugas Tanneri in Anato: & Serarii in Nachsticht cum Slei-
dano & Hondorfio conferam, qui omnes obitum *Lutheri* descripso-
runt. Anno Christi 1546 23. Ianuarij *Lutherus* in Patriam ad compon-
nenda quædam dissidia politica, quæ erant inter Comites Mans-
feldios de finibus & hæreditate, vocatus in itinere ipso sub finem
Januarij valetudine tenuiori uti cœpit, absq; tamen vitæ pericu-
lo; & cum magis magisq; vires labefactarentur morbo, & sa-
cram Synaxin magna cum animi devotione accessit. Decimo sept:
Februæ. gravius laborare cœpit ex pectoro. Sub cœna ejusdem diei
de varii & gravibus quibusdam rebus in præsentia multorum &
ip̄sius Justi Jonæ Halensis Ecclesiæ ministri disservit: finita cœ-
na cum pro more consueto ad preces accederet, succrescebat dor-
lor pectoris, qui vires adeo debilitabat, ut minore quodam le-
tulo se recipere cogeretur, in quo una atq; altera hora placide
dormivit. Postea assurgens cubiculum intravit, genibus flexis
oravit: In manus tuas commendō spiritum meum redemisti me
Deus veritatis, &c. Cum horam mortis imminere animadver-
teret, se totum Redemptori suo credidit, ejusq; auxilium implor-
avit, & confessionem suam sub forma precationis edidit, di-
cens: Gott mein himmlischer Vater/ vnd Vater unsers HErrn Jesu Preacio
Lutheri.
Christi/ ein Gott alles Trosts/ ich sage dir lob vnd dank/ das du mir
deinen Sohn Jesum Christum hast offenbahret/welchen ich hab ge-
glaubet/welch n ich hab bekant/welchen ich hab geliebt vñ gelobt/wel-
chen der Pabst zu Rom/ vnd der andere Gottlose Hauffe verfolget
vnd schmähet. Ich bitte dich mein H. Jesu Christe nimb meine ar-
me Seele zu dir. O mein himmlischer Vater ich weis eigentlich wol/
ob ich schon auf dieser Welt abscheiden vnd diesen meinen Leib muß
verlassen/das ich doch ewiglich bey dir bleiben/ vnd mich niemand
auf deinen Händen wird können reissen. Sleid.lib. 16. f. 207. Tandem
12. Februarij recitato Evangelio Iohanni c. 3. Psal. 68. & commenda-
to spiritu in manus Domini, tanquam dormitus, sine magno cru-
ciatu placide obdormivit anno atatus suæ 63. Mandato Electoru au-
tem Wittebergam deferebatur, & præmissa concione funebri à D.

norifcentissimè humatus est 23. Februario.

**Mendacia
de obitu e-
jus.**

Extremæ ergo impudentiæ mendacia sunt, quæ de ipso à Pon-
tificibus fuere prolatæ & publicè sparsa, quæ ex palpabili diversi-
tate omnibus patent. Quidam enim protulerunt, Lutherum ur-
gente vi morbi sese in extrema desperatione è lecti fulcro su-
spendisse. *Hondorf in Theat. Historico in 3. præ: de obi. Luthe.* Ecce au-
tem inconvenientias: *Lutherus* in vera fide & sano intellectu cum
devotissimis suspiriis & precibus decessit, quomodo ergo vi
morbi potuit ad desperationem esse adactus? *Deinde Lutherus* in
minore quodam lectulo (in einen Schubebettlein) cubavit & ex-
spiravit, quomodo è lectuli talis fulcro vix una ulna alto se su-
spendere potuit? ò ineptias. *Tertio* placidè obdormivit, at te-
stantibus tunc temporis ipsi morienti præsentibus *D. Iusto Iona,*
M. Miachaele Cælico, *Ioanne Aurifabro* medico & aliis quam pluri-
bus. *Hondorf.* citato loco: quomodo hoc cum illa truculenta &
horrenda morte convenit? Alii, uti narrat ipse *Serarius* loco alle-
gato pag. 44. in profunda ebrietate eum exspirasse affirmant ju-
bilantibus Diabolis Sed quomodo hæc conveniunt? Qui destru-
xit Verbo Dei opera Diaboli, & in vera fide in finem usq; permā-
sit, ille receptus est in consortiū Diabolorū, lētantiū & jubilantiū.

Alii impudentissimum quoddam mendaciū de morte *Lutheri*
eo adhuc vivo in *Italia* divulgarunt, quod cum ad ipsum suisset
delatum, ipsissima manu sua testimonii causa sequēt a subscripsit:
Fatetur & testetur hac mea manu ego *Martinus Lutherus*, 21. Martij figmē-
tum hoc iracundia & furoris plenum, de morte mea accepisse, lētagi mente
& bilari vultu legisse, &c. Sequentia cum ipso figmento vide apud
Hondorfum citato loco, & in *Contin: Historicæ relationis* sub anno 1545.
Horrenda singūt porro de comitibus in deductione funeris *Vittebergam*. In libro illo *Serarii* pag. 45. dem. 16. multa habebis. Hæc
omnia tamen refutat testimonium eorum, qui funus secuti sunt:
quilibet ergo videt & animadvertis meras has esse calumnias In-
formantur ab eo cui serviunt, nempe Diabolo, qui mendax est &
pater mendarii. Si placet, lege apud *Serarium* im *Nachtlichte* ridica-
lum mendacium de præsentia dæmonum & tranquillitate obfessorum
tempore sepultura. p. 46. demonstratione: 19. Reliqua
nullius sunt momenti.

S O L I D E O G L O R I A.



DS A 947



1042

Reh





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-583763-p0048-7

DFG

Farbkarte #13



IN
SYSTEMATIS THEOLOGICI PARTEM
Primam Generalem,
DE RELIGIONE ET EJUS ARTICULIS
Generatim consideratis
DISPUTATIO III.
De
**RELIGIONE
LUTHERANA, QUAM
COMPREHENDIT.
AUGUSTANA CONFESSIO
ET
FORMULA CONCORDIAE
Deo Optimo Maximo feliciter aspirante
SUB
PRÆSIDIO
BALTHASARIS MEISNERI
S. S. Th. D. & Profess. publ.
*Censuræ & ventilationi exhibita, à
M. EVSEBIO BOHEMO CYCNEA-
Misn. Seren. Electoris Sax. Alumno.
Addiem 17. Augus*t*i boris pomeridianis,
in Auditorio minori.
—
WITTEBERGÆ,
Excusa Typis JOHANNIS GORMANNI,
ANNO M DC XXV.***